# IOANNIS MARIAE LAMPREDI

S. TH. D.

FLORENTINAE ET CORTONENSIS ACADEMIAE SOCII

# DE LICENTIA IN HOSTEM

## LIBER SINGULARIS

IN QVO SAMVELIS COCCEII

SENTENTIA DE INFINITA LICENTIA IN HOSTEM EXPONITVR ET CONFVTATVR.

*ACCESSIT*

# DE MAIESTATE PRINCIPIS

AD LEGEM CONSTITVENDAM OMNINO NECESSARIA

## ORATIO

QVAM HABVIT IN SACRA FLORENTINA ACADEMIA POSTRIDIE KAL. MARTIAS ANN. MDCCLIX.

FLORENTIAE ANNO MDCCLXI.

EXCVDEBANT IMPERIALES TYPOGRAPHI
PRAESIDIBVS ADPROBANTIBVS.

Μετὰ δὲ ταῦτα τὸν Ἡρακλέα φησὶ, τὸν μὲν Ὀλυμπίων ἀγῶνα θεῖναι, ϗ τὴν ἐκεχειρίαν, δεῖγμα ποιέμενον τῆς αὐτȣ̃ προαιρέσεως· ὅσοις δ' ἐπολέμησε, τέτȣς πάντας βεβλαφέναι κατὰ τὴν ἀνάγκην, ϗ κατ' ἐπιταγήν· ἑκȣσίως δὲ παραίτιον κακοῦ ȣ̓δενὶ γεγονέναι τῶν ἀνθρώπων.

*Ait deinde certamen quidem Olympicum, & rursus inducias instituisse Herculem, declarantem quis suus esset sensus, quae mens animi: iis autem omnibus, quibuscum bella gessit damna ipsum intulisse necessitate compulsum, & alieno jussu: sponte quidem sua nemini mortalium mali auctorem fuisse*. Polyb. Hist. Lib. XII. Cap. XIV. Edit. Amstel. 1670.




*NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO*

CAROLO EX COMITIBVS FIRMIAN

DOMINO IN CRONMETZ, MEGGEL, ET LEOPOLDSCRON

FRANCISCI CAESARIS

E T

MARIAE TERESIAE AVGVSTAE

PP. FF. II.

A CVBICVLO ET A SANCTIORIBVS CONSILIIS, CVRSVI PVBLICO IN ITALIA PRAEFECTO, MANTVAE, SABVLONETTAE, ET BOZZOLI PROREGI, IN VNIVERSIS AVSTRIACAE LONGOBARDIAE PROVINCIIS PLENA CVM POTESTATE ADMINISTRO

&c. &c. &c.

IOANNES MARIA LAMPREDI
DEDICO CONSECROQVE.

*C*onsideranti mihi CAROLE *V. A.* *tum Gentis Tuae vetustissimam, inclytamque nobilitatem, amplitudinem, decora, opes, tum maximam Honorum, Munerumque dignitatem, ad quam me-*

*merito evectus es, tum etiam, quod plurimi sane faciendum est, immensas veteris, recentiorisque eruditionis Tuae opes, doctrinam, disciplinasque eximias, quibus ornaris, animus profecto quodammodo decidit, & ad Te accedere cum hoc tam parvi momenti munusculo sine audaciae nota nullo pacto me posse arbitror.*

*Tibi enim tot insignibus Titulis, tanta Generis nobilitate conspicuo, qui tot hominum mores urbesque vidisti, tot illustres Europae Academias adiisti, tot principes sapientissimosque Viros adlocutus ex iis quasi ex uberrimo fonte sapientiae flumina in pectus tuum derivasti quid nisi sublime aliquod & magnificum opus multa litura expolitum, perfectum ingenio, summa-*

*maque induſtria elaboratum conſecrandum erat ? Eſſent igitur mihi cauſſae, cur conſilium meum improbarem niſi eximius amor ille Tuus, quo Litteras, earumque cultores benigne proſequeris, haeſitantem animum erigeret & confirmaret : ipſe enim a teneris ut ita dicam unguiculis Bonarum Artium ſtudio dicatus in mediis etiam Negotiis dulcium Muſarum non oblivisceris, & quidquid temporis ſupereſt graviſſimis Muneribus Tuis obeundis vel animo novis eximiiſque diſciplinis excolendo, vel ſapientibus Viris adloquendis conſecras; quos omnes tanta comitate excipis, protegis, foves, excitaſque, ut Te potiſſimum Bonarum Artium Fautorem, Muſarumque praeſidium & dulce Decus me-*

*merito suspiciant. Hac igitur singulari humanitate Tua confirmatus qua non tantum sapientibus litteratisque Viris, sed & iis etiam, qui aliquatenus progredi, si Sapientiae arcana assequi non licet, totis viribus connituntur, comem facilemque Te praebes, in eam fiduciam erigor, ut Libellum hunc meam incomptum licet, nulloque commendabilem merito non tantum benigne excepturus sis, verum etiam Patrocinio Tuo prosecuturus. Huc accedit quod & jam ceteras meas nugas, quas publici juris feci aliquid esse non es dedignatus putare, & obsequium hominis quamvis ignoti favoremque Tuum nullo pacto promeriti non omnino despicatus es. Quid quod Libellus hic, qui nominis tui*

*ful-*

*fulgore insignitus prodit in lucem Humanitatem praecipue in Bello Hominibus commendat, quae quidem Virtus ceteris animi Tui dotibus conspicua supereminet, & de iis maxime pertractat, quibus maxime delectaris? Ipse enim & omnibus disciplinis, omnigenaque doctrina alacrem animum Tuum imbuisti, & privato publicoque Iuri maxime sedulam navasti operam, cum Te Lugduni Batavorum in hac Scientia rebus publicis administrandis omnino necessaria clarissimo Iurisconsulto* VITRARIO *instituendum permisisti.*

*Excipe igitur sereno pacatoque vultu munusculum, quod Nomini tuo libens merito do, dedicoque; neque tam ad tenuitatem inglorii huiusce Laboris respice, quam*

*quam voluntatem erga Te meam, & obsequium venerationemque, aequi bonique consule. Vale* VIR AMPLISSIME, *diuque bono Reipublicae, & Literarum feliciter vive. Dabam Florentiae Kal. Ian. A. R. S. MDCCLXI.*

# INDEX CAPITVM.



de

# DE LICENTIA IN HOSTEM

## CAPUT I.

### INTRODUCTIO.

I. Maiestas Principum unanimi Gentium consensu ad id constituta, ut privato cuique homini ius suum tribuat, remque publicam administret, servet & tueatur, cum in his potissimum gerendis nullius omnino inter homines iudicio obnoxia sit, ad iniurias subditorum repellendas Imperii sibi collati vim opponit, ad impetum exterorum ius Belli. Cum enim naturali gaudeat Libertate, ad Iura sua vindicanda, si quis in ea repente invadat, nullam omnino habet viam, quam quae Lege Naturae permittitur ac iubetur, vim nempe & arma, quae singulis ad sui necessariam custodiam adhibenda voluit Natura, frustra quidem concessura nobis

Cap. I. iura propria ac perpetua nisi ad ea ipsa servanda honestam quoque viam concessisset.

II. Hoc vero principium animo cuiusvis adeo alte posuit Natura, ut quamquam fraeno societatis iam stabilitate coercetur, quisque tamen aggressu in ipso aegre Leges revereatur Magistratusque adeat, quos Reges ad refellendas iniurias constituunt.

III. Verum quandoquidem nonnulli adhuc inter homines sunt, qui vel vi institutionis suae, vel casu aliquo a quacumque Civili Potestate subtrahuntur, atque adeo ad Naturalem Statum devenientibus una superest refellendae iniuriae ratio, licentia nempe armata ipsis Naturae Legibus permissa, ob id in animum induxi ostendere quousque adhibenda ea sit, quibusque terminis circumscribatur.

IV. Quod quidem ob illud potissimum mihi libentissime explanandum suscepi, quod animadverterim eos omnes, qui de Iure Belli post Grotium huiusce facultatis facile Principem apprime doctum ac diligentem, scripserunt, vel cum ipso in easdem ivisse sententias, vel seorsum putantes in hanc Iuris disciplinam tam pravas & barbaras induxisse opiniones, ut magis humanum genus perdere & dissociare valeant, quam eiusdem con-

fer-

fervationem, & focietatem commendare, in quod quidem omnes Naturae Leges tandem confpirare videntur [1].



V. Grotius vero in hac Iuris Communis parte ea laborat obfcuritate, qua faepe alibi folet: interdum enim theorematibus utitur nimis generalibus, atque adeo difficile ad propofitum convenientibus, interdum vero tum ob nimias rei divifiones, tum mifcendo ftrictum Naturae ius five Morali fcientiae [2], five praeceptis Evangelicis, five Gentium antiquarum exemplo fcientiam ipfam perturbat, & quod fequitur vix cuiufque Iuris terminos inter fe difcernere, & canones tam intermixtos ad actus fummarum Poteftatum dirigendos accomodare in Bello facultas eft.

V.

(1) Opportune Boeclerus ad *Grot. Lib.* 1. *Cap. IV.* §. 2. = Le Droit de fe défendre, & de repouffer les injures n'eft jamais naturel, qu'en vûe de maintenir, ou du moins fans bleffer l'ordre établi pár une Nature fociable, &c.

(2) = Ex quo apparet Grotium Libros fuos *de Iure Belli ac Pacis*, non tam fcripfiffe de Iure Gentium univerfo, quam potius de moribus apud plerafque Gentes Europeas receptis, qui tamen mores ius Gentium non conftituunt, ut ipfe Grotius docet eiufdem Operis *Lib. II. C. VIII.* § 1. *num.* 1. & 2. fed ut in hoc argumento, ita & faepe alibi ex folis moribus ius Gentium effecit, & ideo ubi mores difcrepant vix quicquam aufus eft definire = *Corn. Van-Bynkerf. Quaeft. Iur. Publ. L. I. Cap. II. p. m.* 8.

Cap. I. VI. Quoniam igitur solis Naturae Legibus Hostium arma reguntur, aliaeque Leges omnino silent cum ad has adhibendas impellit necessitas, de stricto Iure Naturae, quod ad Licentiam in hostem spectat, tantummodo ipse agam, atque aliis permittam quaerere quaenam Leges Perfectionis sint, quas nec alter Hostis exigere ullo iure potest, nec alter exsequi necesse habet, atque ita salsas opiniones reiiciens, diversasque concilians, ipsamque rem hactenus perturbatam componens, ad vera Principia hanc, quod spero, materiam revocabo, quae sane inter potissimas Publici Iuris revocanda est.

## C A P V T II.

*Quae Licentiae Hostilis origo sit.*

VII. Necessaria defensio quam Natura praecipit fundamentum est & origo, unde manat Ius Licentiae Hostilis. Illa accedente haec iure agit, cessante illa [1] tunc omnis vis iniusta, atque

(1) = Le Droit de la Guerre dérive de la nécessité, & du Iuste rigide = Montesq. *Esprit des Loix Lib. IX. Cap. II. & Cap. III.* = Les Auteurs de notre Droit Public fondés sur les Histoires anciennes sont tombés dans de grandes erreurs: ils ont donné dans l'arbitraire, &c.

atque exinde societatis ac mutuae benevolentiae Leges, quae flagrante Bello quiescebant vim suam recipiunt, humanosque actus dirigunt & coercent. CAP. II.

VIII. Hostis igitur ille est, qui eo nos impellit, ut iura nobis a Natura concessa aliter defendere nequeamus quam vi & armis; [1] tunc vero usum gladii & caedes Natura iustificat, quum alia ratione repellendi iniuriam vel latam, vel certo ferendam, omnino caremus. Ex quibus duae res manifeste sequuntur, nullum Bellum iustum es-



(1) = Periculum praesens hic requiritur, & quasi in puncto, quod in moralibus & naturalibus non invenitur sine aliqua latitudine = *Grot. Lib. II. Cap. I.* §. 5. *n.* 1. *Et Alberic. Gentil. Lib. I. Cap. XIII.* = Sic necessitatem dum dicimus proprie quidem non loquimur, at eam intelligimus, quae in rebus humanis non rara est & dici necessitas consuevit = Incipit ergo, ( inquit *Henric. Cocc. Vol. II. dispos. Fol* 1440. §. 103. quem affert Samuel Cocc. ad h. l. ) Incipit ergo hoc ius defensionis ex quo inimicus tuus aggredi te parat, & iam desiit evadendi copia = Nostri defendendi, vel recuperandi caussa sola belli ratio est = *Corn. Van-Bynkers. Quaest. Jur. Publ. Lib. I Cap. I.* = Non infertur bellum nisi κατὰ δεύτερον πλῦν, sive ubi bellum unum & solum superest instrumentum socialis status iurisque tutandi = *Boecler. ad Grot. Lib. I. Cap. I. p. m* 178.

Cap. II. se nisi [1] accepta iniuria id praecedat, aut metus [2] iustus accipiendae iniuriae periculum inevita-

(1) = Iustitiae primum munus est, ne cui noceat nisi lacessitus iniuria = *Cic. Off. Lib. I. Cap VII.* = Caussa belli suscipiendi nulla alia esse potest nisi iniuria = *Grot. Lib. II. Cap. I. §. 1. n. 4. Confer. eiusdem Lib. Cap. XXII. §. 1. & Lib. III. Cap. I.* Adde *Tesmar.* ad haec loca, qui more suo omnes omnino Nationes in id consensisse congestis testimoniis ostendit. Quapropter *Aristoteles Apodict. Lib. II. Cap. II.* Regulam Iuris Naturae statuit: Πολεμοῦσι γὰρ τοῖς πρότερον ἀδικήσασι. = Bellum suscipitur in eos, qui priores iniuriam fecerunt. =

(2) = Iustum dixi, quandoquidem non sufficit invasionis metus, quem tu tibi facis, & qui tuus actus est = quae sunt verba *Cocc. sen. ad l. c. Grot.* = & multum falluntur & fallunt, qui metum qualemcumque ad ius occupandae interfectionis admittunt = quae est Regula *Grotii l. c. §. 5. n. 1.* At quo metu afficieris ut quis tuus hostis evadat? In diversas abiere Publici Iuris periti sententias uti ex iis manifeste apparet, quae fuse differunt de Metu crescentis Potentiae, *Grotius Lib. II. Cap. I. §. 17. & Hertius, Vander Muelen, Tesmarus, Iunior seniorq. Cocc. ad h. l. Pufendorf. I N. & G. Lib. II. Cap. V. § 16. Gundling. I. N. & G. Cap. IX. §. 12. & in Gundlingian. Part. V.* quos videant qui funditus rem inspicere cupiunt. Nos totam de Natura metus, quo quis hostis evadit, doctrinam expedimus his simplicissimis Regulis: Metus iustus is est, cum iniuriam, quae tibi paratur, certam esse intelligis morali ratione & inevitabilem. Haec necessaria esse Iure Naturae, ut aliquem veluti hostem aggrediaris & ipsa naturalis ratio facile

tabile minitetur; [1] deinde iusti Belli hanc esse Legem, ut sit defensivum [2], utpote quod ad iniuriae reparationem dirigatur. CAP. II.

A 4 CAP.

facile ostendit, & ex duplici evidenti principio *cl. Montesq. l. c.* magis perspicue patet. Ea sic se habent = La vie des états est comme celle des Hommes. Ceux-ci ont droit de tuer dans le cas de la defense naturelle; ceux-la ont droit de faire la Guerre pour leur propre conservation = quod est primum. Mais entre les sociétés le droit de la defense entraine quelquefois la nécessité d'attaquer, lorsqu'un peuple voit qu'une plus longue paix en mettroit un autre en état de le détruire, & que l'attaque est dans ce moment le seul moyen d'empêcher cette destruction = Quod erat alterum. Ex quibus omnes omnino Quaestiones de metu facili brevique methodo expedire possem si per instituti mei rationem & per otium liceret. Ceterum in quam diversa rapiantur tum veteres tum recentiores Iuris publici periti Legum Civilium Regulas ad Iuris universalis rationem accommodantes exinde patet, quod postquam eosdem penitus meditatus sis vix quid statuendum sit de iusto Metu, ob quem Bellum licite inferre quis possit, intelliges.

(1) = Il n'y a point de juste cause de Guerre qu'une injure, qu'on nous a faite, ou qu'on travaille à nous faire. C'est-là ce qui rend la Guerre juste, c'est-à-dire licite = *Formey Lib. I Cap. III. pag.* 69. §. 109. = Le bout d'une guerre juste est de venger ou de prevenir l'injure = *Wattel. Droit des Gens Tom. II. Lib. III. Cap VIII.*

(2) Statuimus nullum suscipi posse justum bellum nisi accepta iniuria, ergo nulla alia est Belli caussa, nisi injuriae reparatio, ...

## CAPVT III.

### *Quousque Lex Naturae Licentiam Hostilem iustificet.*

IX. His rite praepositis sequitur etiam, quod cum Licentiae Hostilis fundamentum sit necessaria defensio, id omne quod necessarium quis iure putat tum ad iniuriam repellendam, tum ad sibi rebusque suis tuto consulendum id Lex Naturae permittat, quae hoc casu hostem non tantum impunem esse iubet quod ad externam hominum vindicationem, *dando ius sceleri*, quod

ratio: bellum igitur est quaedam defensionis species contra eum, qui iura nostra nobis tribuere detrectat, atque adeo omne bellum iustum est defensivum: *neque enim* ait adposite *Gundlingius Cap IX §. 6. est Bellum offensivum iustum, nisi quidem verbis ludas*. Hanc Gundlingii sententiam carpit *cl. Barbeyratius ad Pufend. Lib. VIII. Cap. VI. §. III.* at si sedulo res perpendatur, quaestionem inter eos circa nomen versari, ceterum quod ad rem ipsam simul consentire viros clarissimos deprehenditur. *Vid. M. Bernard Républ. des Lettr. Septembr.* 1704. *pag.* 364. *& Observat. Hallensium Auctor. anonym. Observ. VIII.* In eamdem Gundlingii sententiam ivit nuperrime *Sam. Christ. Holmann. Iurispr. Natur. Prim. Lin. Part. II. Cap. II.* § 187. ubi primus omnium sententiam Samuelis Coccei, de qua inferius, veluti iniustam notat.

quod veteres aiebant, verum etiam rem intrinsece iustam efficiet; hostiles nempe actus tunc nullam Legem laedunt, cum nulla Lex ei praecellat, quae cuique necessariam imperat defensionem. Hic unus simplexque canon ex ipsa Naturali Lege deductus hostili armorum furori modum moremque imponere debet; Natura enim extrema tantum necessitate cogente actus hostiles ratos habet, qua cessante status belli necessario deest, nec pro hoste habendus est si quis victas manus dederit, vel saltem virium infirmitate nocere nequit: neque enim anteactae iniuriae, dum bellum exarsit, neque etiam nocendi voluntas praesens in eo qui virium expers & impos sit satis caussae largiuntur ad quemquam aggrediendum, veluti si stricto ense obviam veniret: quod clarius in sequentibus patebit. CAP. III.

X. Cum tamen belli discrimina multa diversaque sint nefas omnino est iuxta hanc universalem Naturae Legem Licentiam Hostilem aptare singulis Belli occasionibus, quae quidem innumerae sunt, nec ad computum ullo pacto redigendae[1].

X.

(1) = Pour dire la verité il est bien difficile de déterminer précisément jusqu' où il suffit de porter les actes d'hostilité dans les Guerres les plus légitimes = *Burlam. Princ. du Droit Natur. Lib. III. Cap. V. § IIX.*

Cap. III. XI. Verumtamen ut actuum hostilium iustitia praescribatur satis erit aliquam Naturae universalem Legem statuere, deinde exemplo Legum omnium eam ipsam aptare praecipuis solitisque Belli occasionibus, cetera vero Pugnantium iudicio & arbitrio permittere [1]. Ipsi autem Pugnantes cum in ea re nulla alia Lege teneantur praeter hanc unam apprime simplicem, facili sane negotio, si iusti esse velint, actus quoscumque hostiles & offensas ad normam eiusdem dimetientur, quidquid odium vel invidia persuadet iniustum sentient, omnemque viam inhonestam fatebuntur ad conservanda iura sibimetipsis a summo rerum Opifice concessa, nisi quam proprio saltem iudicio expediendae saluti & vindicandis iuribus necessariam existiment [2].

CAP.

(1) = Il faut laisser au jugement & à la conscience des deux parties belligerantes à decider si leurs actions sont précisément telles, qu'elles doivent être pour arriver à la fin, qu'elles peuvent légitimement se proposer = *Wolf Droit de la Natur. Lib. IX. Cap. VIII.* §. 38. *pag.* 320. *par M. Formey.* Vide *Christ. Holmann. l. c. & Vattel. Droit des Gens, Tom. II. Lib. III. Cap. VIII. pag.* 45.

(2) = L'aggresseur est celui, qui cherche à nous léser. Il nous est permis de nous servir contre lui de tout ce qui peut détourner notre lésion, mais notre droit ne va pas au delà, autrement il renfermeroit la vengeance = *Wolf par Formey, Lib. I. Cap. III. p.* 61. §. 63.

# CAPVT IV.

## *Quid de Licentia Hostili senserint Publici Iurisperiti.*

XII. Fortasse ab his scribendis me non supersedisse quis arguet post tot tantosque de Iure Naturali conscriptos Libros, quibus ut ita dicam quotidie obruimur; sed ut vera fatear, postquam eos fere omnes non sine taedio perlegerim, vix unum qui hanc materiam ad sua Principia revocaverit & undequaque meditatus sit inveni, neminem vero prorsus, qui dissentientes scriptorum de Licentia in Hostem sententias perpenderit, & eam, quam nuperrime clarissimus Iurisconsultus Samuel Cocceius adstruere conatus est, methodice refellendam susceperit. Et quidem ut eos omnes, qui ante opus Grotianum de Iure Naturali scripserunt, Ioannem Oldendorpium [1] Nicolaum Hemmingium [2] Albericum Gentilem [3], & Be-

(1) De Iure Naturali, Gentium & Civili. *Colon.* 1539. quem Samuel Cocceius nescio quo pacto omiserit in *Dissert. XI. Introduct. ad Grot.*

(2) De Lege Naturae apodictica methodo concinnata. *Witembergae ann.* 1564.

(3) De Iure Belli. *Hanoviae* 1598.

Cap. IV. & Benedictum [1] Wincklerum praetermittam, ipse Grotius Alberici Gentilis methodum imitatus ut magis exemplo Gentium, regulisque virtutum quam naturali rationis lumine uteretur, maximis hanc scientiam tenebris interspersit, & tam multa & varia principia congessit [2], ut Leges Naturae per se simplicissimae inter has perpetuas ambages vix dignoscantur, quod quidem commentaria bene multa Operi ipsius adiuncta mirifice probant. XII.

(1) Principiorum Iuris. *Libri quinque* 1615.

(2) En Principiorum, cum quibus Legum Naturalium principium simul confundit Grotius, brevissimus Elenchus.

Ius Naturae Sociale. *Lib. I. Cap. I.* §. 15. *n* 1. *Proleg.* §. 11. & 13.

Ius Naturae pro certo rerum statu. *Lib I. Cap. I.* §. 10. *n.* 7.

Ius Naturae laxius, seu Ius Naturae humanae. *Prolog.* §. 2. *Lib. I. Cap I,* §. 9.

Ius Divinum voluntarium universale. *Lib. I. Cap. I.* §. 13. 15. *Proleg.* §. 11. 12.

Hoc triplex est: Ius Adamiticum. *Lib. I. Cap. I.* §. 5. *Lib. II. Cap. V.* §. 13. *n.* 2.

Ius Noachicum. *Ibidem*. Lex Evangelii. *Ibid.*

Ius Gentium voluntarium universale. *Lib. I. Cap. I.* §. 14. quod duplex est.

Ius Gentium voluntarium latius patens. } *Ibid.*
Ius Gentium voluntarium arctius patens. }

Ex hisce tam variis principiis quam difficile sit perspicua methodo Naturales Leges eruere primo ipso obtutu patet.

XIII. Maxima tamen laude dignus videtur tum propter immensam Eruditionem suis scriptis conspersam, tum propter intellectus acumen, verborumque delectum, denique etiam quod ad humanitatem & lenitatem vertere Ius belli, & infinitam licentiam Principum pugnantium quam maxime potuit conatus est: verum cum per Principia satis intermixta, obscura & inconcinna id praestiterit, factum est ut de ipsa veritate tot ambagibus consita nonnulli pessime iudicarent, & inter Magistros Iuris maxime Borussos nonnulli fuerint, qui Licentiam infinitam in Bello rursus edocuerunt; quam opinionem generi humano perniciosissimam, & per se falsam & absurdam me demonstraturum confido. CAP. IV.

XIV. Itaque Grotii de hac Quaestione sententia aequissima est: nihil enim in Bello licere Iure Naturae dicit[1] nisi ad modum debiti & poenae, & eum qui ex iusta caussa Bellum gerit omnibus uti posse, quae ad sui Iuris defensionem sunt necessaria; quas sane Theses cum illis a me supra positis facile convenientes si recta methodo comprobasset, validisque confirmasset argumentis, nec

(1) *Lib. III. Cap. I. §. 2. n. 2. & 3.* Eadem repetit *Cap. V. §. 1. Cap. VI. §. 1 n. 1. & §. 27. Cap. VII. §. 2. Cap. XIV. §. 1. Cap. XX. §. 32.*

Cap. IV. nec ceteris de hac re diversa sentire, nec mihi denuo differere locus fuisset: quod quidem non bene animadverterunt ii omnes qui Grotii sententiam sequuti sunt Philippus Vitrarius [1], Vlricus Huberus [2], Nicolaus Gundlingius [3], Christianus Wolfius, [4] Thomasius, [5] eiusque sectatores Guilelmus a Lith, [6] & Henningius Böhmerus; [7] ii nempe Grotianae sententiae subscripserunt, at eam

(1) *Instit. Iur. Nat. & Gent. Lib. III.*

(2) *Opp. Maior. & Minor. de Rep. sect. III. Cap. XII. & XIII. Opp. Maior. Lib. III. sect. IV. Cap. IV.* §. 1.

(3) *De I. N. & G. Cap. IX.* §. 27. *p.* 86.

(4) *L. suprac.*

(5) *Fundam. I N.*

(6) *De Princ. L. N.*

(7) *Ius Publ. Vniversf. Cap. I.* §. 21. & 29. Hisce adde *Chr. Hollmann.* supra laudatum, qui sententiam humaniorem nuperrime amplexus est in *Iurispr. Nat. prim. lin. Part. II. Cap. II.* §. 187. & *seqq.* Simplices Collectores, vel illustrium sectatores opinionum, numero quidem bene multos, eos etiam qui Leges Naturales generice nimis, & metaphysice tractarunt [ quos inter & Ivonem Parisiensem in *Iur. Nat. reb. creatis a Deo Constit.* & Hobbesium tum in *Leviath. tum in Lib. De Cive*, & Cumberlandium *Trait. Philos. Des Loix Naturell.* merito enumerabis ] tum demum Politicos Veteres plerumque Regalia Iura potius recensentes quam demonstrantes, praetermittendos existimavi eo quod alteri non multi faciendi sint, alteri vero vix rem summam attingant.

eam vel nullis argumentis confirmarunt, vel eadem, quibus Grotius utitur, infirmissima sane & incongrua argumenta adhibuere, vel saltem de adversariorum refellendis obiectis non cogitarunt, licet principia satis perspicua de Hostili Licentia posuerint, quos inter palmam omnibus praeripiunt Henricus Cocceius [1], & nunquam satis laudandus clarissimus Montesquius [2], qui locis supra in- CAP. IV.

(1) Libet hic ipsa clarissimi Iurisconsulti Principia in brevissimam synopsim redacta exponere, quippe quae & evidentissima sunt, & iisdem ego ipse frequentissime utar.

I. Laedens qui reparare iniuriam detrectat, nec Iudicem habet & vi resistere paratus est non potest aliter ad reparandum compelli, quam vi & armis.

II. Vis ergo omnis licita est quatenus est necessaria ad defensionem Iuris. Hoc ego statuti essentiale Principium Licentiae Hostilis, ex quo mox futurae demonstrationes sequentur.

III. Cum vero adigi non possit nisi victus & subactus, omnia licita sunt, sine quibus vinci & subigi re bene perpensa non potest.

IV. Vnde apparet illicita ea esse, quae ad victoriam non faciunt. *Cocc. Sen. ad Grot. Lib. III. Cap. IV.* §. *6.*

V. Hinc interficere licet Hostem quamdiu resistit, non si captus, vel supplex est, vel obsidem se dedit (*infra* §. 10. *usque ad* 14.) mulieres, aliosque non militantes non licet.

VI. Ex eadem ratione arma, quae non sunt necessaria ad Iuris nostri reparationem adhiberi Iure non possunt. *ad Grot. Lib. III. Cap. I.*

(2) Vid. *Cap. II. not. 4. pag. 7.*

Cap. IV. indigitatis solida & vera iacit Licentiae Hostilis fundamenta, quid autem ipsis inaedificare quis possit caeteris more suo praestandum relinquit.

XV. Verum licet Grotiana de Licentia in Hostem sententia suis limitibus circumscripta suos habuerit sectatores, ex altera tamen parte complurimos maximi nominis scriptores habemus, qui pro Licentia infinita pugnant. Et quidem primus omnium Hobbesius facem veluti ceteris omnibus praetulit, quippe in statu Naturae Iustitiam & Iniustitiam humani animi facultates esse denegans [1], necessario etiam affirmat Principibus bellantibus licere quidquid lubido sit experiri, ii enim & in statu Naturae vivunt, & ad ipsos, ut ille putat, ultro ius suum in omnia homines transtulerunt, quod sane licentiam interminam significat [2]. Quod Hobbesii systema naturalem Legem e medio tollens quamvis ab omnibus veluti falsum reiectum fuerit, tamen mirandum est Pufendorfium & Samuelem Cocceium, qui in eo refellendo ubique ap-

(1) *Leviath. Cap. XIII. pag. 65. in fin.*

(2) *Leviath. Cap. XIV. & XVIII De Cive Cap. IV.* §. 13. *Vid. Sam. Cocc. ad Grot. Introduct. Dissert. VIII.* §. 14. *& seqq. & Dissert. XI.* §. 1. *& seqq.* = Itaque huiusmodi systema mirifice convenit cum iis, quae statuerunt Glauco, Epicurus & Horatius quos sane omnes omnino improbarunt = *Vid. Plat. Lib. XII. de Rep. pag. m.* 5. *Stanley H. Ph. Part. XII. fol.* 898.

apprime laborant, non senserint, quod Licentiam infinitam bellantibus concedentes in idem Hobbesii systema inciderent, quod ipsi tot argumentis profligarant. CAP. IV.

XVI. Pufendorfius igitur sibimet nescio quo pacto persuasit, Principes omnes post bellum indictum de mutuis offensis in infinitum [1] tacite convenire: cui decreto saevissimo licet aequiorem interpretationem adiungere conatus sit Gundlingius [2], feritas attamen conventionis a Pufendorfio efficiae perspicue patet. Alibi enim ipse Auctor utrosque invicem Pugnantes asserit solutos velut ex pacto Legibus Pacis, nempe iuxta eius systema, Naturae Legibus, facultatemque utrisque concessam ut fine modo desaeviant, eo magis, ut ipse ait: *qu' on ne pourroit jamais obtenir la fin, qu' on se propose, si l' on étoit indispensablement obligé de se tenir dans certaines bornes, & de ne se porter jamais aux dernieres extremités contre un ennemi* [3]. Hanc eamdem sententiam, licet



(1) = C'est pourquoi les Guerres déclarées dans les formes renferment une espece de convention, qui se reduit à ceci; Faites à moi tout ce que vous pourrés, je ferai contre vous de mon côté tout ce qui me sera possible = *Lib. VIII. Cap. VI.* §. 7. *p.* 557.

(2) *Cap.* IX. §. 27. *pag.* 86.

(3) *Vid. Lib. II. Cap. V.* §. 3.

Cap. VI

licet aequiorem simulet, sequutus est Heineccius, quippe qui Borussae Academiae & ipse addictus Thesim, iam in eo Regno popularem factam, de Licentia in infinitum reipsa insinuat; dum enim licitum honestumque Iure Naturae esse demonstrat veneni usum in Bello, & Hostis cladem per insidias, audacter docet: *Hos igitur parum humanos, at non ideo iniustos dixeris, quia Hosti in Hostem omnia licent* [1].

XVII. Burlamachius etiam vir non mediocris ingenii, & in exponendis dilucide sententiis suis insignis primo ipso aspectu in Grotianam sententiam ire videtur, at postea, terminis quos praescripserat veluti posthabitis, docet, quod si quis Hostem in nos agat, is potestatem nobis facit saeviendi in ipsum nulla Lege in infinitum [2].

XVIII. Nemo tamen tanto adhuc studio, quanto Samuel Cocceius de Iure quidem Publico optime meritus; Licentiam infinitam in Hostem defendit. Is postquam exemplum persequens Patris sui Ius Gentium voluntarium adversus Grotium oppugnavit, mox ad rectas illationes hinc deducendas deveniens longissime aberrat. Cum enim Pa-

(1) *Ius Publ. Cap. IX. §. 201. in Not. Vid. eiusdem Comment. ad Puf. nd. Lib. VIII. Cap. c.*

(2) *Princ. du Droit Polit. Part. IV. Cap. V. §. VII. pag. 224.*

Pater mansuetudinem & humanitatem quam potest maximam bellantibus persuadeat, is contra opinionem tam saevam tuetur, quam quae fuit unquam saevissima, & undequaque petitis argumentis ostendere conatur quod *Ius Naturae permittat, ut etiam ultra modum debiti & poenae, idest in infinitum Hostem laedere, eiusque res capere & vastare possimus* [1]. CAP. IV.

XIX. Quae sane opinio nimis iam in Septentrionali plaga propagata (unde olim tot aerumnae totque scelera miseram Europam inundarunt) si mentes Regum Ducumque arripiat, nec sancta Religione cohibeatur, Belli insaniam, & inanem Triumphi gloriam sine modo grassaturam quisque videt. Quamobrem non irritum omnino opus aggredi mihi persuadeo, dum rem ad methodum redigo, & opinioni tam perniciosae occurrere contendo.

# CAPVT V.

## *Maximum Samuelis Coccеii Argumentum, cui Ius Licentiae infinitae innititur.*

XX. AT quo clarius appareat Necessariam Defensionem esse quidem principium unicum, per quod rite iusti limites Hostili Licen-



(1) *Ad Grot. Lib. III. Cap. I. §. 1. n. 12. pag. 596.*

Cap. V. tiae circumscribi possint, atque ut, hoc posito, rationi ut ita dicam via sternatur, qua ad veritatem detegendam in generalibus Belli eventibus facilius progrediamur, opportunum videtur impedimenta & obiectiones adversariorum e medio tollere: mox autem pede libero ad ea singulatim devenire, quae per Quaestionem occurrunt.

XXI. Statuit igitur Cocceius, antequam de Iure Belli sermo fiat, id pro certo axiomate habendum esse, quod Hostes sententia nostrae Civitatis Caussam Bello iniuria dederint, atque adeo vis, vulnera, vastationes, caedes totidem scelera sint quacumque maxima poena punienda [1].

Cum

(1) = Praemittendum hic est Hostem ex Iudicio nostrae Civitatis caussam bello dedisse, eoque omnia iniuria agere = *Samuel Cocc. ad Grot. Introduct. Dissert. XII. Lib. VII. Cap. II. Sect. II. §. 739. & seqq.* Haec eadem principia repetit ubique in *Grot. Comment.* praecipue *Lib. III.* at nulla validiora subiicit argumenta. Clarissimus hic Iurisconsultus veluti falsum reiecit Ius Gentium voluntarium a Grotio inductum; docuit in *Dissert. IV. Prooem.* hoc Ius Gentium Grotianum nil aliud esse quam Ius ipsum Naturae: ita de eo sensisse veteres sapientes, & in hanc eamdem sententiam conspirasse plerosque Romanos Iurisconsultos, si unum Tribonianum excipias, a quo originem huiusce erroris Cocceius deducit. His ab ipso Cocceio positis sponte sua sequebatur, ut id omne quod Grotius licere asserit Iure Gentium,

Cum autem quisque ex Lege Naturae ad iniuriae reparationem Ius habeat perfectum, reparatio autem nullo alio pacto iuste fiat nisi per exactam Talionem, damnumque ab Hoste datum infinitae sit aestimationis, ideo etiam poena omnem modum excedat necesse est. Possumus igitur in Hostem armatum & nostra iura oppugnantem, veluti in reum damni infiniti, immodice saevire; cum ratio postulet, ut iniuriarum reparationem ipsa aequalitas dimetiatur. CAP. V.

B 3 XXII.

tium, nempe licentia impunitatis, apud Cocceium liceat ipso Iure naturae, quae actus hostiles non tantum impunes, sed etiam iustos & ratos habeat. Videsis originem Licentiae huiusce infinitae, & opinionis tam perniciosae Coccei; quod etiam animadvertit vir clarissimus Comes Beltrames Christianius, quem omnium bonorum moerore immatura morte e medio sublatum esse dum haec scribo audivi maestissimus. En eius verba in *Epistola di Amico ad Amico, in risposta al Manifesto del Re di Prussia* = Li due rinomati Padre e Figlio Coccej, li quali hanno avuto l'onore di servire in Cariche luminose nella Corte di Berlino, prendendo ad impugnare il Gius delle Genti volontario, come un sogno di Grozio, sono stati forse i primi fra' nostri ad asserirla universalmente nelle loro Opere a termini del Gius di Natura, con attribuire francamente al Belligerante l'arbitrio infinito sopra la persona e robe del competitore = Vide pag. 6. & seqq. §. 8. Quod quidem de Samuele Cocceio intelligendum est, Henricus enim aequissimam sententiam sequitur, ut ex suprapositis patet, & clarius in sequentibus apparebit.

CAP. V.

XXII. Quod si Hostis captus, deditus, vel supplex aut victus sit, ubi primum in nostram potestatem devenerit, is iudicio nostrae Civitatis efficaciter subiicitur; & cum anteactorum scelerum culpa adhuc in illo perseveret, aequali etiam poena nos eum afficere posse manifesto consequitur, atque adeo eum vel bonis, vel opibus, vel ipsa vita privare si lubido ferat Imperantis, cum inlatae iniuriae ultra omnem poenam promereant. Haec autem licentia ad omnes subditos Hostis extenditur; probant enim omnes & defendunt hostilem impetum suae Gentis, pugnantes vel manu, vel consilio, vel ope, atque adeo cum idem deliquerint eadem omnes poena plectendi.

XXIII. His paucis fundamenta exposui, quibus potissimum Coccejus Licentiam infinitam construit; & quamvis prima fronte valida esse videantur, tamen si singulas partes recte animadvertamus, corruere omnia per se videbimus, eorumque ruinis Principium nostrum altius validiusque insurgere.

CA-

# CAPVT VI.

## *De Iustitia Caussae, qua Principes Bella movent neminem iudicium ferre posse.*

XXIV. ID veluti axioma firmissimum Philosophi omnes constituunt, quod scilicet homines universos Natura pares efficiat, omnis autem differentia tum Iuris tum Libertatis ab humana iustitutione & Societatis ordine iam stabilito originem repetat.[1] Societas enim ipsa esse non poterat nisi homines de eo Iure, quo quisque se suosque actus proprio arbitrio dirigendi Lege Naturae gaudet, cessissent, illudque in alios transtulissent.



(1) Graecorum aliquos hic praetermitto, qui nonnullos homines natura servos nasci dixerunt. *Vid. Strab. Lib. I. in fin. pag. 65. Aristot. Lib. IV. Polit. Cap. III.* ii enim vel de longo servitutis usu locuti sunt, vel de illis qui inter alios ea ingenii alacritate, & corporis viribus a Natura praediti sunt, ut ad Imperium nati potissimum videantur; quae est sententia Aristotelis nullo pacto Iuris libertatisque aequalitatem auferens. Ceterum dicendum est cum *Quintil. Declam. XIII.* = Quid autem non liberum Natura genuit? Taceo de servis, quos bellorum iniquitas in praedam victoribus dedit, iisdem Legibus, eadem fortuna, eadem necessitate natos. Ex eodem caelo spiritum trahunt, nec natura cuiquam, sed fortuna dominium dedit.

Cap. VI.

XXV. Quod quidem adeo verum eſt, ut poſthabito etiam illorum teſtimonio, qui Naturam humanam aliquantulum meditati ſunt, eamdemque amplexi ſunt ſententiam, quiſquis ſemetipſum conſiderat, principium hoc Libertatis alte impreſſum ſentiat, & intelligat ideo nonnullos in ſocietate ceteris praeeſſe, quia ſic homines ipſi voluere ut Princeps quis ſit, ſummamque Imperii in ſe collatam aliis etiam ex parte committat.

XXVI. His praeſuppoſitis evidentiſſime conſequitur, quod qui in ſtatu Naturae degunt nullum omnino ſuperiorem, ut ſupra diximus, habeant, ſummaque gaudeant Libertate. Gentes igitur, iique omnes qui eas repraeſentant cum reipſa inter ſe in hoc ſtatu Naturae vivant [1], nullius propterea Iudicio obnoxii ſunt, nullis ſcilicet humanis Legibus in adminiſtrando bello obſtricti.

XXVII. Itaque eorum ſolummodo eſt Iudicium de opportunitate neceſſariae defenſionis,

de

(1) = Les peuples ( aux quels on doit auſſi appliquer les Principes établis dans ce chapitre ) ſont d'autant plus obligés à ſe regarder les uns les autres comme égaux, qu'ils ſont toujours dans l'état de la liberté Naturelle, & par conſequent dans une parfaite égalité de droit les uns par rapport aux autres = *Barbeyr. ad Puſendorf. Lib. III. Cap. II.* §. 9. Idem omnino ſentiunt omnes tum Philoſophi, tum Iuris Naturalis & Politici Magiſtri, a quibus allegandis ne nimius ſim ſuperſedeo.

de ſtatu nempe Belli incipiendo: Lex vero Naturae Iudicii illius dirigendi norma eſt & regula, ſummus autem eiuſdem Lator ipſam cuſtodit & vindicat, ſortem Belli inclinans illos verſus, qui Naturale Lumen ſequuti ſunt, huic autem rebelles clade, extremaque pernicie caſtigans. CAP. VI.

XXVIII. Videſis igitur quam abſurde praemittendum eſſe velit Cocceius, antequam de Bello ſermo fiat, Hoſtem Iudicio noſtrae civitatis Bellum iniuria intuliſſe, huiuſque Iudicii vi progrediendum eſſe ad poenam: quaſi vero Gens altera Gente ſuperior eſſet, vel ſaltem auctoritas iſtiuſmodi Principis in Principem conciliari cum ea poſſet Libertate & *independentia*, qua populi inter ſe Naturali Iure potiuntur.

XXIX. Huc accedit etiam quod cum poena proprie dicta ſit malum Actionis in eo de quo poena ſumitur [1], & cauſſae criminiſque cognitionem

(1) *Grot. Lib. II. Cap.* XX. §. 1. *Gundling. Cap. XXXVI.* § 20. *Henr. Cocc. in Poſit. XII. apud Sam. Cocc. Introduct. ad Grot. Diſſert. Prooem.* X. Quapropter *Auguſtinus Retract. Cap. IX.* = Omnis poena ſi iuſta eſt peccati poena eſt = Et ipſe *Sam. Cocc. ad Poſit. X. Patris ſui l. c.* = Malum actionis in eo conſiſtit, quod delinquens ultra fines facultatis a Natura conceſſae agat, eoque iniuria, quae nonniſi per Talionem reparari poteſt & debet.

Cap. VI nem [1] necessario supponat, nullusque populus altero sit superior, sequitur etiam neminem in crimen inquirere, Iudicium ferre, poenamque infligere posse; actus enim istiusmodi Iurisdictionem dicunt, quam nemo in statu Naturae habet in alium; quamobrem immediato Legis Naturalis decreto Iudicium differre quisque debet de Iustitia caussae, eamque ad summum rerum Opificem cognoscendam referre.

XXX. Neminem igitur de Iustitia caussae alterius Partis pugnantis Sententiam dicere posse ex concessis ab ipso Samuele Cocceio statuimus; quod quidem & rationi consentaneum [2] & necessario

(1) *Vid. infra Cap VIII.*

(2) Opportune *Henr. Pater in Dissert. de Iur. Victoriae* §. 7. = Bellum itaque Princeps gerit non ut Iudex, quia in extraneos imperium nullum habet, sed ut pars, &c. = Quapropter Massilienses hanc Iuris Naturalis Regulam sequuti in dissidiis Caesaris & Pompeii respondent = Neque sui Iudicii, neque suarum esse virium discernere utra pars iustiorem haberet caussam =. *Caes. De Bell. Civil. Lib I. Cap XXXV. Vid. Suet. in Caes. Cap. XXIV. Et Ioann. Barbeyrac. ad Grot. Lib. IV. Cap IV. §. IV.* = Plus les Guerres devenoient fréquentes parmi le Genre humain, & plus il étoit nécessaire pour sa tranquilité & qu' on n' épousât pas légérement la quérelle d' autrui, & que quand on n' avoit pas jugé à propos de prendre parti dans une Guerre,

ſario iuberi a Naturae Lege, atque adeo nullam omnino iniuſtitiam includere tum ex antea poſitis perſpicue, tum ex ſequentibus clarius patebit. CAP. VI.

## CAPVT VII.

*Quid ex Theſi ſuperius demonſtrata deduci facili negotio poſſit oſtenditur: Samuelis Coccеii Sententia de infinita Licentia in Hoſtem refellitur.*

XXXI. Ex neceſſaria Iudicii ſuſpenſione id conſequitur quod cuique in iis quae ad Principes tamquam bellantes ſpectant Iuſtitia armorum utrinque exiſtimanda eſt, & in Belli occaſionibus poſſeſſoris titulum legitimum ſemper cenſendum; non quia talis revera utriuſque cauſſa eſſe poſſit, at quia utrique iuſte armis uti poſſunt. Diverſum enim omnino eſt primum quaerere, an id de quo per vim certatur iuſtum eſſe poſſit utrinque, deinde vero, an adverſariis utriſque Ius arma inferendi merito competat. Itaque cum am-

re, on regardât comme autoriſé par le droit des armes tout ce qui s'étoit paſſé dans cette Guerre = Id autem ex Naturae Lege originem ducere docet hiſce diſertiſſimis verbis = L'effect, dont il s'agit eſt fondé ſur une des Lois les plus claires, & les plus générales du droit naturel =

Cap. VII. ambo Iure congredi revera possint ( ad id enim satis est bona fides ) unus vero caussae arbiter Deus sit manifeste consequitur, pugnantes inter se & quemque alium agere cum illis ita debere, veluti amborum arma & quidquid ex iis dependet, pleno Iure valeret [1].

XXXII. At cum Samuel Cocceius fortasse animadverterit quod si concedatur arma ex utraque parte iusta esse posse, poenae locus in bello iam non fuisset, atque adeo licentia illa hostilis corruisset, quam ipse asserit infinitam, Bellum aliquod utrinque iustum dari posse audacter negat his verbis: *Sed & negamus utrumque in bona fide esse posse circa Iustitiam caussae; ea enim est rationis nostrae conditio, ut examinatis rite circumstantiis, & adhibito consilio prudentum facile cuivis constare possit quid iustum sit quid iniustum* [2]. At quis in eamdem sententiam ierit, qui noverit humani intellectus vires, scilicet quam difficilis sit aliquando Iuris applicatio ad factum, & quantum sponte sua etiam sine vitio iudicantis hallucinari quisque possit cum anceps est aliquid in-

(1) Vide *Vattel Droit des Gens Tom. I. Praelim.* § 21. *Lib. III.* §. 40.

(2) *Vid. Differt. Procem. IX. Introd. ad Grot. Cap. XIV.* §. 168. *pag.* 243. quod alibi repetit ad *Grot. Lib. II. Cap. XXIII.* §. 13.

inter fas & nefas, & ex ipſa facti dubii vel Iuris conſideratione aliquid tandem emergit, CAP. VII.

*Quod tu nec tenebras, nec poſſis dicere lucem?*

XXXIII. Quam ſane difficultatem fere omnes agnovere, qui humani ingenii vires ad trutinam revocare ſedula opera conati ſunt [1]; quod etiam per-

(1) Quapropter Ariſtoteles ad *Nicom. Lib. III. Cap. II.* Ἔστι χαλεπὸν ἐνίοτε τὸ κρίνειν ποῖον ἀντὶ ποίου αἱρετέον = Difficilis saepe eſt quid cui anteponendum ſit iudicatio = & Andronicus Rhodius *Paraphr Lib. I Cap. III.* Τὸ κατ' ἀλήθειαν δίκαιον δυσχερὲς ἐστι τοῦ δοκοῦντος διελεῖν = Difficile eſt id quod vere iuſtum eſt ab eo quod tale videtur diſcernere = Praeclare *Cicero* pro Partibus utriſque Iulianis & Pompeianis *Orat. pro Marc.* = Erat obſcuritas quaedam, erat certamen inter clariſſimos duces; multi dubitabant quid optimum eſſet, multi quid ſibi expediret, multi quid deceret, nonnulli etiam quid liceret = Cur enim (inquit *Maximus Tyrius Serm. XIV*) qui aequabiliter ſentiunt digladiari invicem oporteat? Et vere vel iniuſti pugnant, vel cum iuſtis iniuſti. Sed eam veritatem nos plerumque ignoramus = Et *Alberic. Gentil. Lib. I. Cap. VI. pag.* 49. = Huc adigit nos humanae noſtrae conditionis infirmitas, per quam ſunt nobis in tenebris omnia, & puriſſimum illud, atque veriſſimum iuſtum ignoratur, quod non ferret duos litigare iuſte = Quis enim hoc ſibi ſumat (adpoſite addit *Gundling. Cap. XXXVI.* §. 107.) ut hunc iuſte, illum iniuſte corripuiſſe arma ſit dicturus? An hoſtis? An aliae gentes? At hae pares non tantum ſunt; ſed etiam, &c.

Cap. VII. perſpicue ex ipſa humanae mentis natura oſtendere poſſem, niſi longius quam par eſt a propoſito aberrarem. Ceterum, licet verum eſſet quod adſtruere conatur Pufendorfius,[1] qualitatem rerum Moralium facili negotio perſpicue omnibus apparere, & nullo pacto confundi poſſe; attamen concedat oportet quantitatem earumdem rerum Moralium ſaepius dubiam & obſcuram eſſe, ut tandem veriſſimum ſit vel quod ad quantitatem, vel quod ad cognitionem facti humanam mentem hallucinari poſſe[2].

XXXIV. Huc accedit quod licet Iuſtitia cauſſae facili negotio emergeret adhibito conſilio prudentum, attamen ut veritas eruatur, plurima ad examen revocanda ſunt, quae in adverſae partis poteſtate cum ſint, difficili ſane negotio obtineri poſſunt. Nolo equidem in re tam perſpicua diutius quam par eſt immorari. Nam ſi per otium lice-

(1) *I. N. & G. Lib. I. Cap. II.* §. 9.

(2) Itaque egregie *Zieglerus* ad *Grot. Lib. II. Cap. XXIII.* §. 1. poſtquam & ipſe fere omnium Philoſophorum ſententiam amplectens facili negotio conceſſit generalia Ethices praecepta certiſſima eſſe, addit = Les concluſions, qui s'en tirent ont une bien moindre certitude, & renferment au contraire aſſés ſouvent beaucoup d'obſcurité, parceque les choſes mêmes, ſur quoi elles roulent ſont contingentes de leur Nature, & ſujettes à divers changemens.

ceret tum praeteriti, tum praesentis aevi histo- CAP. VII.
riae, tum ipsa Litium natura argumenta undequaque quamplurima suppeditarent: quin etiam ordo privatus Iudiciorum perspicue probat posse duos iuste, nempe bona fide litem aliquam ventilare, licet post Iudicis sententiam ex iis alter videatur iniuria egisse, quod quidem in Bellis, quae nil aliud sunt, quam Imperantium Lites congruenter obtinet [1].

XXXV. Quod sane ut clarius liqueat nonnulla ex ipso Grotio Iustitiae Principia petere liceat.

(1) Praeclare sane hanc rem explicat, disertisque verbis confirmat. *Henr. Cocc. ad Grot. Lib. c.* §. 13. = Vti igitur ad iustitiam litis non requiritur iustitia caussae, quia de hoc Iudex statuere debet, non litigantes, quibus sufficit quod putent iustam litigandi caussam habere, & eius Iudicium committant Iudici, ita & ad Ius Belli gerendi non requiritur Ius ipsius caussae, de qua bellum geritur, sed sufficit iusta opinio, & bona fides de sua iustitia, reliquum enim committitur summo rerum Arbitro = Et *Alber. Gentil. Lib. I. Cap. VI. pag.* 50. = Iuste, hoc est ex probabili caussa litigantes per fori disceptationes, sive rei, sive actores, & victi lite, atque sententia non condemnantur iniustitiae . . . . . . Cur aliter censebitur in hac disceptatione & lite armorum ? = Et supra ibidem asseruerat = Hoc sane generaliter in omnibus fere statibus controversiarum fieri valet, ut neutra litigantium pars sit improba = *Vid. Lib. I. Cap. XX. in princ.* ubi asserit geri etiam posse bellum iuste pro re dubia, si alter neget inermem subire disceptationem.

Cap. VII. ceat. Varias igitur esse acceptiones Iustitiae iure asserit sapientissimus Iurisconsultus [1]. Iustum enim aliquid dicitur aut ex caussa, aut secundum effectus: ex caussa rursum aut speciali acceptione Iustitiae, aut illa generali, qua omnis rectitudo eo venit nomine. Specialis acceptio iterum dividitur in eam quae ad opus pertinet, & eam quae pertinet ad operantem. Ex quibus sequitur [2] speciali & ad rem ipsam relata acceptione bellum utrinque iustum esse non posse, ut nec litem, quia facultas Moralis ad contraria, puta ad agendum & ad impediendum non datur per rei ipsius Naturam. At vero ut neuter Bellantium iniuste agat fieri sane potest; iniuste enim agit nemo nisi qui & scit rem iniustam agere, multi autem id nesciunt. Hactenus Grotius.

XXXVI. Quae sane principia licet subobscura sint, veteremque Scholasticorum doctrinam sapiant, attamen si sedula opera introspiciantur rem totam expediunt.

XXXVII. Duo namque hoc loco quaeri manifestum est, primum an fieri possit ut uterque bellantium Ius gerendi belli habeat, secundo an possit id de quo inter eos disceptatur utrinque iustum

(1) *Lib. II. Cap. XXIII. §. 13. n. 1.*

(2) *Infra num. 2.*

ſtum eſſe, uti ſuperius conſulto monebamus: quae ſane magis perſpicue expoſita quadrant ad illam Grotii diſtinctionem Iuſtitiae quae ad opus pertinet, ſcilicet, ut explicat cl. Gronovius [1], quae ineſt ipſi rei, & eius quae pertinet ad operantem. CAP. VII

XXXVIII. Si igitur poſtulas an fieri poſſit, ut id de quo inter ambos diſceptatur iuſtum utrinque ſit, naturali ratione ductus probe intelliges id nefas omnino eſſe, quandoquidem idem ſimul eſſe & non eſſe, atque adeo eadem res licita & non licita, idemque iuſte probeque ſimul hinc agi inde prohiberi nequit.

XXXIX. Si vero rogas an utrique Ius habere poſſint bellum inferendi, ex rite praepoſitis facili negotio id fieri poſſe exiſtimabis; *uterque enim litigantium* (ut ipſis *Henr. Cocc.* verbis utar *ad l. c. Grot.*) *Bellum Iure gerit, quia uterque ſumma gaudet poteſtate, & ſuperiorem, ut ſupra oſtendimus, non habet, qui de iuſtitia vel iniuſtitia iudicare poſſit. Ut autem hoc reſpectu bellum iu-*

C ſtum

(1) *Ad h. L. not.* 37. Varias haſce Iuſtitiae acceptiones dilucide expoſuit, & abunde nuperrime explicavit vir Iuris Conſultiſſimus Leopoldus Andreas Guadagnius in Piſano Lyceo Anteceſſor, cuius immenſam antiquae, recentioriſque eruditionis vim, ſummumque in iure dicundo & explanando ingenium merito omnes mirantur. *Inſt. Iur. Civ. Tom. I. Lib. I.* §. 2. *not.* 3. *pag.* 73.

Cap. VII *ſtum ſit non requiritur iuſtitia cauſſae, ſed tantum probabilitas & bona fides quia bellum eſt inſtar Iudicii* [1].

XXXX. Haec quidem tam manifeſta ſunt, ut & ipſe *Samuel* vim veritatis ſenſiſſe videatur, ſed ne adamata ſententia corrueret nonnulla alia argumenta profert, quae ſane facili negotio deteguntur & confutantur, inquit enim, quod etſi uterqne *in bona fide ſit iuſtam habere cauſſam Belli non ſequitur eum vere iuſtum eſſe* [2], atque adeo Iure cauſſam ſuam defendere: ubi animadvertas *Cocceium* illas duas Quaeſtiones, quas ſupra diſtinguendas conſulto diximus, dedita opera ſimul confundere, & quod ſequitur, doctrinam hanc ſusdeque miſcere, niſi Iuſtitiam quae pertinet ad operantem, & eam quae ineſt ipſi rei neceſſario diſcernat. Namque ultro conceſſimns nullo pacto fieri poſſe, ut cauſſa utrinque iuſta ſit: at quaeritur num qui bona fide agit rem natura ſua iniuſtam, quam tamen adhibito diligenti examine iuſtam omnino exiſtimat, ſine culpa agere dicatur? Forſan id quoque in dubium revocabit peritiſſimus Iuriſconſultus?

XLI.

(1) *Vid eumd. Henr. Cocc. ad Grot. Lib. I. Cap. II.* §. 1. n. 1. Vbi diſertiſſimis verbis idem uberius explicat.

(2) *Diſſert. Prooem. IX. Cap. XIV.* §. 168.

XLI. At cedo? qui rem falsam quam veram esse existimat inscius asserit mentitusne est? Falsum sane dixit, non autem mentitus est. Qui rem alienam, quam putat suam, alicui aufert, furatus esse dicitur? Rem quidem alienam arripuit, non vero furatus est. CAP. VII.

XLII. Eodem pacto qui bellum gerit ex caussa iniusta, quam iustam censet, iniustam caussam quidem defendit, at Iure agit & innocens est: iniustum est opus, iusta actio operantis; errat enim in intellectu, at est voluntas innoxia, quae tamen peccasse debet, ut quis iniustus dicatur [1]. Ipsum enim novisse arbitror *Cocceium* aestimationem rerum Moralium non ab externis ipsis materialibusque actibus diiudicari, sed ex inculpato principio agentis.

XLIII. Quae res quantum valeant ut ostendatur omnino absurdum quod Principes in Bello saevire praeter omnem modum possint adversus hostem hac una de caussa, quia poenae & vindictae Ius illis competit, cuique manifestum erit si paucis complectamur quae longius hactenus pertractavimus.



(1) Quapropter misericordia magis quam odio & poena digni sunt ἅπαντες ὅσοι δὴ τοῦ ἀληθοῦς ἁμαρτάνουσιν, omnes qui in cognitione veritatis falluntur, ut ait Agathias *Lib. I. Cap. VI. De superstit. German.*

Cap. VII

XLIV. Vim & arma adhibere Principum est Ius perfectum quoties Bellum opportunum & necessarium censent ad quietem & iura tuenda illius Gentis, quae sese ipsis tradidit tutam ab iniuria praestandam: ipsorum solummodo est de Caussa & opportunitate suscipiendi Belli Iudicium ferre, ceterorum omnium vero de ea re sententiam cohibere, & flagrante adhuc bello aequos omnes Pugnantium actus putare: Belli caussa utrinque esse iusta nequit, data autem bona fide[1] utraque pars in bello iuste agere potest, quod quisque censere debet; quamobrem quidquid damni patiatur alter bellantium vi huiusce perfecti Iuris Principum neque iniustum est, neque damni dati nomine ulla poena[2] multandum; cum nullum malum actionis

nis

(1) *Confer. Pufendorf. Lib. I. Cap. III. & Cap. V.* § *9. & Titius Observ XXV. Barbeyr. ad h. L. Vid. Digest. Lib. XXII. Tit. VI & Cod. Lib I. Tit. XVIII.* Vbi perspicue Principia Iurisprudentiae Romanae quod ad errorem, ignorantiam & bonam fidem cum nostris convenire deprehenduntur.

(2) Id etiam ex Principiis a Samuele *Cocceio* positis circa poenam sponte sequitur; inquit enim *Differt. Prooem. XII. Lib. V. Cap. VI.* § *557.* = Subiectum poenae passivum sunt omnes, qui iniuriam aliis inferunt ex proposito & animo deliberato = Cum igitur omnes omnino iudicare debeant utrosque Bellum gerentes, licet alteruter caussam iniustam defendat, in

bona

nis ibi constet, nec merito puniatur si quis Iure suo perfecto agens damnum aliquod nobis inferat [1]. Ergo utraque pars adversa eousque vi & CAP. VII.

 ar-

bona fide esse, atque adeo minime iniuriam alii inferre ex animo deliberato, sequitur neutrum ad poenam obligari. At si forte contingat, ut iniustitia caussae tam manifeste appareat, ut perspicue omnibus pateat, quid tum de Lege Naturae cohibendi Iudicium? Audi Albericum Gentilem, qui opportune eiusmodi obiectioni occurrit = Quamquam vero contingere aliquando [non continget autem saepius, ut statim audies] possit, ut iniustitia non obscure pateat ab altera parte, tamen non oportuit mutare definitionem generalem quominus utrinque essent Belli Iura; neque enim ex his, quae raro accidunt Iura constituuntur, atque aptantur, idest ex his, quae in suo genere raro accidunt, & quae contra generalem rei Naturam in re aliquando contingunt = *Lib. I. Cap. VI pag. 51*. Quod quidem veritati consentaneum esse ipsa naturalis ratio dilucide ostendit: quis enim non falleretur facili negotio in propria caussa aliosque in assensum corriperet si haec Naturalis Legis ut ita dicam restrictio obtineret quoties quis caussae iniustitiam patere sibi persuaserit? Quid vero si quis reipsa bellum iniustum inierit? Is fortasse per Belli exitum poenas luet, Deus enim Legis Naturae vindex hunc diu iniuria agere non sinet. Si autem iniustus vicerit? Nec in contentione hac armata, nec in Fori ipsius disceptationibus ullum superest inter homines remedium.

(1) Ratio naturalis haec est, opportune ait, *Cocc. Pater ad Grot. Lib. II. Cap. XXI.* §. 10. Quod is qui suo Iure utitur, nemini facit iniuriam, licet forte inde damnum aliquod tertio de-

CAP. VII armis licite & iuſte in bello utetur, quouſque id neceſſaria defenſio expoſtulabit, atque adeo nunquam titulo poenae vel praeter omnem modum inſaevire poterunt.

## CAPVT VIII.

*Nova proferuntur argumenta ex Natura poenae contra Samuelem Cocceium, nonnullique errores de Iure puniendi in ſtatu Naturae deteguntur, & confutantur.*

XLV. Quod ſupra *Cap. VI.* propoſuimus Ius puniendi duo neceſſario expetere, ut quis nempe ſuperior ſit, deinde vero ut cauſſa ſit cognita, id nunc perſpicue demonſtrandum ſuſcipimus; namque pulchre novimus multos oſtendere conatos eſſe nullo pacto neceſſarium ut quis ſuperior ſit ad puniendam alienam noxam in ſtatu Naturae, verum Ius puniendi ſingulorum & uni-

detur, vel in futurum Ius alii auferatur. Quod profecto uberius explicatur per Leges Romanas, ubi *Vlpian. Leg. XXIV. ff. de damn. inf.* exemplum affert illius, qui in ſuo fundo puteum aperuit, quo intercipiuntur ſubterranei cuniculi, unde in fundum alienum rivuli erumpebant, *Vid. L. XXIV. ff. eod. L. XXXVI, ff. ad L. Falc. in princ.*

universi humani generis esse [1]. Quod quidem si verum esset quidquid supra abunde differuimus contra Samuelis Cocceii argumentum a poena deductum sponte sua corrueret, quisque enim inter gentes sententiam dicere de alieno crimine poenamque sumere ex sententia posset. At pace virorum caeteroquin sapientissimorum dixerim non bene eos Naturam poenae meditatos esse [2]: cum enim poena nil aliud sit, quam *delicti seu meriti aestimatio*, liquet eam infligi a nemine posse nisi prius cognita caussa, ita ut tum demum quis punitus dicatur, cum alter potestate iudicandi praeditus eum iniuria egisse atque adeo poenam me- CAP. VIII.

 reri

(1) *Grotius* in primis *Lib. II. Cap.* XX. §. 3. 8. 9. 40 & *Lib.* 1. *Cap. I.* §. 10. & 14. *Cap. II.* §. 5. *n.* 3. *Lib. II. Cap.* XXI. §. 3. *n.* 1. *Lock Gouvern. Civil. Cap. II.* §. 7. & *seqq. Carmichael ad Pufendorf. Lib. de Off. H. & C. Noodt. in Orat. De Potest. Princ.* & super omnes alios ubertime *Barbeyr. ad Pufendorf. de Iur. Nat Lib. VIII. Cap. III.* §. 4. *n* 3.

(2) Post *Grotium* fere omnes ad illud Caini appellant, *Genes. Cap. IV.* Καὶ ἔσται πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με: veluti hae Naturae ipsissimae essent voces! At animadvertant oportet qui haec in medium proferunt, non quod summum Naturae Ius postulabat exposuisse Cainum, sed id quod conscientia territa ipsi repraesentabat; deinde vero formam quamdam Iudicii hunc praecessisse terrorem, Deus enim ipse Crimen Caini inquisierat & exprobraverat.

Cap. VIII. reri pronuntiat; cum vero nemo caussam cognoscere possit, sententiamque dicere nisi qui superior est, & in naturali statu omnes aequalitate gaudeant, nullo pacto in hoc statu poena obtinet [1]. Quod si in naturali humani generis constitutione iniuriam quisque Iudicio suo vindicat, cave ne eam vindictam nomine poenae sumas, malum enim illud quod adgrediens Iura aliena patitur simplex est effectus facultatis illius a Natura concessae, qua quisque se suaque Iura per vim tuetur eo pacto, quo sibi licere magis arbitratur, nisi adeo vocabulis ludere velis, ut si quis aliena Iura invadens vel propulsatur vulneribus, vel ipsa morte opprimitur, & vulnera & mortem poenam aggressoris appelles [2].

XLVI.

(1) = Mais cela n'empêche pas, que la raison ne nous enseigne assés clairement, que la peine étant l'execution d'une sentence Iuridique, doit être infligée par un superieur consideré comme tel, c'est-à-dire en tant qu'il a autorité sur le coupable = *Pufend. l. c.*

(2) Opportune *Hobbesius Leviath. Cap. XXVIII.* postquam poenam definit esse malum quod auctoritate publica iis infligitur, qui Leges violarunt, ut subditi timore similis mali ad obedientiam redigantur, ex numero poenarum expungit tum iniurias & vindictas privatas, tum mala quae sponte sua quasdam actiones sequuntur; cuius exemplum supra attulimus. Hac necessaria distinctione posthabita factum est ut saepe in antiquis Scri-

XLVI. Quae quidem validissima argumenta a necessitate Iudicii deducta licet refellere conetur Barbeyracius, attamen adeo infirma sunt quae contra in medium profert, & tam parvi momenti responsa indirecta venditat, ut vel non novisse penitus vim argumentorum, vel saltem dissimulasse dicendus sit. Adposite quidem Henricus Cocceius [1] rem totam explicat his verbis, quae liben- CAP. VIII.

Scriptoribus Ius necessariae defensionis, sive Ius Belli nomine poenae usurpatum sit minus proprie; quod sane non animadvertentes Iurisconsulti pro poena privatorum in privatos Ius illud acceperunt. Sic oportet intelligas id quod ex Trogo excripsit Iustinus *Lib. XXXVIII. Cap. IV.* Vbi Mithridates milites alloquens dicit = Adversus Latronem si nequeant pro salute, pro ultione tamen sua omnes ferrum stringere = Idem dicendum est de ἀμύνης νόμῳ Plutarchi in vita Arati; quo etiam referas dictum Plateensium apud *Thucyd. Lib. III. Cap. LVI.* O'ρθῶς ἐτιμωρησάμεθα κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθεςῶτα, τὸν ἐπιόντα πολέμιον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι = Merito ulti sumus eos, Iure apud omnes recepto, ut hostiliter irruentem ulcisci liceat = Quae quidem & cetera id genus usurpat Grotius veluti si de privata in privatos Iure Naturae permissa poena dicerentur, quae tamen de Iure Belli intelligi debent. *Vid. Sam. Cocc. ad Grot. Lib. II. Cap. XX. §. VIII.* Sic intelligas oportet quae abunde congerit loca veterum Auctorum *Alber. Gentil. Lib. I. Cap. XVIII. pag.* 135.

(1) Ad *Grot. Lib. III. Cap. XX. §. 1. Propos. X. Adde Ziegler.*

CAP. VIII beatiſſime exſcribo: *Privatus in privatum, par in parem Natura nullum Ius habet, ad poenam etiam invitus cogendus eſt, Ius autem cogendi nonniſi ſuperior habet, unde poena eſt effectus Imperii, quod par in parem non habet, ſed & poena natura inſligi non poteſt, niſi praevia cauſſae cognitione, haec autem privato in parem nullibi conceſſa eſt.* Et *Gundlingius* ipſe de poenae natura loquens conſulto admonet [1]: *Cave ne poenam cum reparatione damni commiſceas*, innuens in ſtatu Naturali nil niſi reparationem per vim a laeſo factam dari [2], non autem poenam proprie dictam, quae non tantum reparationem damni conſiderat, ſed meritum laedentis ex quantitate, qualitate, tempore, ceteriſque circumſtantiis commiſſi criminis [3].

XLVII.

*gler. ad loc. cit. Grot. Hertium Diſſert. De Socialit. prim. Iur. Nat. Princ. Sect. III. §. 25. Trever. in Pufendorf Lib. de Off. Hom. & Civ. Lib. II. Cap. XIII. Pufend. I. N. & G. Lib. VIII. Cap. III. §. 2. & ſeqq. Sam. Cocc.* qui Patris opinioni ſubſcribit quod ad Ius puniendi.

(1) *De I. N. & G. Cap. XXXVI* §. 39.

(2) = Haec enim eſt ſimpli reſtitutio nihil poenale continens = *Grot. Lib. II. Cap* XX. § 10. *n.* 7. *Vid* §. 22. & *ſeqq. Inſtit. de Action. Henr. de Sacroſ. Talion. Lege* §. 3.

(3) Ideo poena dicta eſt aeſtimatio a Papiniano. *L. Sanctio* 41. *ff. De Poenis*.

XLVII. His rite demonstratis sequitur inter gentes ubi nullus superior [1], nullumque Iudicium est nullum etiam poenae esse locum, atque adeo mirandum esse Samuelem Cocceium, qui haec eadem admittit principia in errorem de infinita Licentia in Hostem incidisse, & hanc eo potissimum argumento comprobasse, quod aptum natum est, ut ipsam suam sententiam funditus destruat, quod & clarius in sequentibus apparebit. CAP. VIII

## CAPVT IX.

*Ipsa Samuelis Coccei principia circa finem poenae exponuntur, & infinitae Licentiae in Hostem opposita demonstrantur.*

LXVIII. EA est veritatis Natura, ut si quis eam aliquando ab oculis hominum praeripere conetur, attamen ipse procedente tempore nisi perpetuo naturali rationis lumine abutatur, imprudens tandem tenebras, qua veritas obducebatur avertat, eaque ex ipsis mediis veluti victrix emergere videatur.

IL. Hoc sane potissimum accidit de Samuele Cocceio,

(1) *Vid. Henr. Cocc. ad Grot. Lib. c. Propos. IV.* Eamdem tuetur sententiam *Cocc.* Filius *Dissert. Prooem. VIII.* §. 16. *& seqq. ad Grot. Lib. I. Cap. III.* §. 18.

Cap. IX. ceio, qui doctrinae suae principia reliqua statuens sibimet tandem adversatur, & eo pacto veritatem etiam quod ad Licentiam in Hostem invitus detegit: De fine enim poenae verba faciens diserte multoties docet nullum alium dari naturae ipsius rei accommodatiorem finem poenae, quam plenam iniuriae reparationem, videlicet exactam Talionem [1], quam quidem necessariam omnino esse statuit in optima quaque administratione Iustitiae; reparationem vero hisce regulis factam iustam maleficii poenam appellat.

L. *Talionem vero*, ait, *non consistere in eodem malo praecise infligendo, v. gr. ut dens pro dente, oculus pro oculo, &c. facto naturali eruatur; hic enim tantundem mali per rei naturam definiri nequit, sed fieri id debet per aestimationem iuxta arbitrium boni viri, ubi malitia laedentis, dignitas laesi, locus ubi laesio facta est, &c. in aestimationem veniat, & iuxta gradus iniuriae & malitiae poena seu Talio augetur* [2]. Si vero a Cocceio

(1) = Nos diximus unicum poenarum finem natura esse reparationem iniuriae, seu Talionem, nam ubi satisfactum est, & Ius laesi reparatum cessat iniuria, eoque delictum censetur repensum = *Sam. Cocc. ad Grot. Lib. II. Cap.* XX. §. 4. 5. & 8.

(2) *L. c. Cap. eod.* §. 1. n. 5.

ceio rogas cuiusnam sit hanc reparationem laeso comparare, ipse sententiam Grotii de privata vindicta in statu Naturae respuens haec addit. *Vel loquitur de Necessaria Defensione, & ea etiam inter privatos licet, vel loquitur de reparatione; haec nonnisi a* superiore *fieri inter privatos potest* [1].

CAP. IX.

LI. Quid vero nunc de infinita Licentia Coccei [2], qua saevire hostis in hostem potest nomine poenae? Libet ipsa sua principia ordine paucis exponere, ut exinde liqueat quantum a vero aberraverit peritissimus ceteroquin Iurisconsultus.

Finis poenae est reparatio,

Reparatio fit per Talionem,

Talio versatur in aestimatione delicti,

Aestimatio a nullo alio institui potest nisi a superiore,

Superior nullus est in statu Naturae,

Gentes inter se sunt in statu Naturae,

Ergo, quod sequitur, nullus omnino poenae locus est inter gentes. Attamen post haec ipsa sua principia tanto sententiae suae amore corripitur ut inter Gentes per vim certantes statuat gladium dirigi ab una Talionis & poenae regula.

LII.

(1) *L. c. Cap. eod.* §. 8.
(2) *Differt. Prooem.* XII. §. 750. 751.

Cap. IX. LII. Quid autem de ceteris poenae finibus, quos omnes omnino Iuris Publici periti praeter ambos Cocceios necessarios esse ad poenam infligendam existimant? Hos paucis enumerat Seneca [1]: *In vindicandis*, inquit, *iniuriis haec tria lex sequuta est, quae Princeps quoque sequi debet, ut aut eum quem punit, emendet, aut ut poena eius ceteros meliores reddat, aut ut sublatis malis securiores ceteri vivant*. Ex his nullum obtineri posse finem, si saevias in Hostem nomine poenae, facili negotio ostendere possem, atque adeo si fines illi per se morali aestimatione necessarii non sunt nihil esse in bellis quod ad poenam ab hoste exigendam praecise obliget; at quandoquidem mihi potissimum est cum Samuele Cocceio certamen, qui tres eiusmodi fines veluti omnino civiles respuit, ab hisce demonstrandis lubenti animo supersedeo.

CA-

(1) *Lib. I. De Clement. Cap. XXII.*

## CAPVT X.

*Subditos qui Iudicium Civitatis sequuntur nullum crimen admittere, atque adeo eo nomine immerito poenae subiici.*

LIII. Hactenus duos populos per vim certantes abstracte, ut scholae loquuntur, consideravimus, subditosque & Principem Belli auctorem veluti unicam Personam Moralem proposuimus, reliquum est ut subiectos a Principe discernamus[1]; non quia illud aliquo pacto necessarium sit, quandoquidem quidquid de Iure hostium supra constituimus, id de utrisque Iure meritoque intelligendum sit, sed quia hac ratione magis dilucide Coccei errores in medium proferuntur, tum quod etiam Leges illae infinitae saevitiae hostilis maxime in subditos statuuntur.

LIV. Ipsos igitur subiectos ad examen per se revocantes, maximumque Samuelis Coccei argumentum in hostili Licentia dirigenda ob oculos habentes hoc pacto ratiocinium instituimus.

Vbi

(1) Hanc distinctionem saepissime ab aliis usurpatam docet luculentissime *Grotius Lib. III. Cap. XI. §. 5.*

Cap. X. Vbi nullum crimen, ibi nulla poena esse potest [1].

Subditi nunquam peccant Iudicio Principis subscribentes.

Ergo in subditos, qui Bellum suscipiunt, quod veluti iustum Princeps iubet, saevire nomine poenae nefas omnino est.

LV. Itaque subditi imperio Principis tunc in bello peccare dicerentur, cum caussam iniustam defenderent, at id fieri nullo pacto posse liquido constat, quandoquidem eos iustitiam caussae Belli ad examen revocare ipsum Ius constituti Imperii vetat; cum enim Ius tuendae Reipublicae in Regem omnino transtulerint, ipsius sententiae subscribere ex pacto debent, ipsoque iubente quocumque praetermisso examine arma sumere [2], nisi forte accideret ut belli iniustitia tam

(1) Vid. *Cap. IV. not.* 3. = Vltio in eo esse debet in quo & peccatum est = *L. XXXI. De Fals. Auth. Omnes*. §. *ult. C. Comm. de Success. Vid. Cic. De Legg Lib. III. & Tertull. Lib. ult. adv. Marc. Arcadius & Honorius Augg. ad Eutychian.* = Sancimus ibi esse poenam ubi & noxia est . . . . . Peccata igitur suos teneant auctores, nec ulterius progrediatur metus quam reperiatur delictum = *Relat. in Corp. Iuris Cod. Lib. IX. Tit.* 47.

(2) = Sufficit enim non habere subiectos quare Legibus obedire

tam perſpicue pateret, ut omnibus omnino ipſo primo intuitu manifeſta eſſet [1]: quod ſane in praeſenti Regimine, Miniſterioque Principum maxime Europae nefas omnino videtur. CAP. X.

D LVI.

dire renuant; militat enim pro Imperante, cui ſeſe ſubdidere praeſumptio nihil eum propoſiturum populo quod non ſit utilitatibus civitatis conveniens, etſi non ſemper cauſſae in oculos incurrant = *Gundling. Lib. c. Cap.* XXXVI. § *IV.* & *Alberic. Gentil Lib I. Cap. ult pag.* 105. = Non eſt ſubditorum ſcrupuloſius inquirere quis iuſtius ſumat arma; nam quamvis iniuſta cauſſa eſſet belli, criminis attamen ſubditi ſunt expertes, quod etſi bellum non ſit iuſtum in capite, tamen neceſſitas facit iuſtum in ſubditis = Semper nimirum praeſumitur quaecumque agit Rex ad conſervandam communem ſecuritatem reſpicere; oportet ergo ex indiciis luce clarioribus conſtare illum Rempublicam & communem utilitatem deſerere, atque ipſis factis declaraſſe hoſtilem ſive Tyrannicum in cives animum = *Guilelm. Vander Muelen ad Grot. Lib. I. Cap. III.* §. *9. n* 2. *p. m.* 211.

(1) = Qui ſi hoc dicerent non facienda ob Regis Imperium, quae manifeſte iniqua ſunt, vera dicerent = *Grot. Lib. I. Cap. III.* §. *9 num.* 1. & *Cap. IV.* §. 2. & *ſeqq.* Vbi abunde hanc neceſſariam ſubditorum obedientiam docet. In id conſentiunt quicumque Iura Maieſtatis exponunt, praeter Monarchomachos, quos refellere hic loci inopportunum eſſet: Dicam tantum quod attinet ad eam quaeſtionem tranſacto iam ſaeculo tot tantiſque Libris hinc inde velitatam, an ſcilicet Populus Principe ſit ſuperior, quod quiſquis ſanus eſt tandem fateatur oportet haſce

diſpu-

CAP. X

LVI. Et quidem ex evidentissimis rationis principiis, in quibus nemo dissentit, constat tunc aliquem affici poena posse ob ignorantiam, cum quis eam vincere & potuit & debuit. Itaque quod ad nos pertinet subditi non per ipsam rei naturam, sed per initam obligationem neque possunt neque debent Caussam Belli perquirere, atque adeo de Principum imperiis sententiam dicere [1]: namque Maiestas ex ipsius Institutionis vi & natura praedita est eminenti Iure non tantum in res, ve-

disputationes in verborum subtilitate & ambagibus versari, geminasque summas Potestates eodem tempore in Rebuspublicis vix excogitari posse, quin simul invicem destruantur; quod quidem statuere tandem necesse est postquam sedula opera consideraveris quae scripta reliquerunt Petrus Martyr, Danaeus, Rossaeus, Bucherius, Buchananus, Hottomannus, Brutus Celta, Barclayus, Mariana, Henningius Arnisaeus, Grotius, Pufendorfius, caeterique Iuniores Publici Iuris Periti.

(1) Opportune *Grot. Lib. I Cap III.* §. 9. *n.* 2. *& seqq.* ubi = Bonitas autem aut malitia actus praesertim in civilibus, quae saepe obscuram habent disceptationem, apta non sunt ad partes distinguendas. unde summam confusionem sequi necesse est, cognitionem de re eadem pro Iure Potestatis obtentu actus boni malive hinc ad se Rege trahente, inde populo; qualem rerum perturbationem introducere nulli, quod sciam, populo in mentem venit = Vid. *Comment. ad h. L.*

verum etiam in ipſas publicas actiones ſubdito- rum, &, quod neceſſario ſequitur, Iure Belli. Huc accedit ipſius eſſentiale attributum, nempe libera ſupremaque auctoritas [1], quae neceſſaria omnino eſt in quavis Societatis conſtitutione, ſeu enim Maieſtas unum tantum, ſeu plures, ſeu Populum univerſum afficiat, cuiuſvis Regiminis Natura docet ſuadetque ſummam hanc Poteſtatem ſolam alicubi conſtituendam eſſe praecipue quod ad externa Belli, Paciſque Iura; hac vero remota pacatas quietaſque ſocietates, quas Natura humana pacem ubivis quaerens inſtitui perſuadet, nullibi dari, verum eſſe turbam diſſolutam, genus hominum agreſte ſine Legibus & ſine imperio, cum qui ſummae Maieſtati ſubiiciuntur fas eſſe autumant actus ſcrutari Principum & prout ipſis lubet iuſſa vel facere vel omittere [2].

CAP. X.

D 2 LVII.

(1) = Le ſouverain n'eſt tenu de conſulter perſonne de tout ce qui regarde le ſalut & l'avantage de la ſociété . . . . . . ni de rendre compte à perſonne ici bas de ſa conduite &c. = *Pufend. Lib. VII Cap. VI n. 1. & 2.* quod ſane Ius Maieſtatis Graecum τὸ ἀνυπεύθυνον mirifice explicat. Vid. *Grot Lib. I Cap. III.* §. 8. *n.* 11. *Lib. II. Cap. III.* §. 20. *Lib. III. Cap.* XIX. §. 7.

(2) Vid. *Paul. Serv. Hiſt. Venet. Lib. VII. pag.* 121. Praeclare de hac eadem re differens *Corn. Van-Bynkerſ. Quaeſt. Iur. Publ. Lib. II. Cap. II.* haec ſcripta reliquit = Si Princeps bel-

ium

Cap. X.

LVII. Ex his manifeste apparet subditos, quamvis iniquam caussam tuerentur, reos haud esse, atque adeo in eos saevire nomine poenae omnino nefas, quippe qui neque id noverunt, neque novisse debent, &, quod sponte sequitur, Samuelis Cocceii argumentum praecipuum, cui Licentia Hostilis innititur corruere: quae enim poena in insontes?

LVIII. Itaque en Hostilis Licentiae in milites subditosque hostis tui fines, quos praetergredi Natura vetat: Eos omnes qui tibi Iura tua vindicanti actu adversantur ipsa vi repellere & laedere eousque potes, quousque te cogere necessariam defensionem animadvertis; at ceteros omnes inermes, mulieres scilicet, infantes, clericos, mercatores, agricolas, omnes denique quotquot vi subiectionis coacti Principis sui Iudicium ratum habent, auxiliaque non armata suppeditant, ut morte ipse volens e medio tollas nunquam necessi-

lum gerendum decreverit, & ad milites conscribendos, armamentaria instruenda, commeatum parandum, & id genus alia mandata sua ediderit, an hi quibus cura earum rerum demandata est, prius deliberabunt bellum iustum sit, nec ne, & parebunt si iustum, non parebunt si iniustum putent? Vides sic omnem Imperii auctoritatem convelli, nec Principi amplius iubendum, sed cum subditis suis disputandum esse =

cessitas te compellet; id enim ut exigat Ius necessariae defensionis perquam raro continget, ne dicam nefas erit omnino [1]: quod autem Iudicium principis sui circa Belli caussam sequantur, ideo poenae non esse obnoxios tum praedicta perspicue ostendunt, tum illud etiam persuadet, quod manifestam contradictionem involveret summum Legis Naturalis Auctorem potestatem hosti fecisse interficiendi hoc populi genus inerme quia Principi obtemperat, ipsumque exinde praecipere, ut tamen Principis iussa facerent [2], atque adeo velle ut quis morte mulctaretur ob id potissimum quod Leges suas revereretur. CAP. X.

LIX. At non eo quod Principi suo obediant eos interficere licere statuo, regerit Cocceius,

 sed

(1) Id genus hominum tamen in captivitatem redigere facultas est tum quod vires hostium attenuantur, tum quod capti eius pretii esse possunt, qui hostem ad pacem aequabilibus conditionibus ineundam impellant. Licebit etiam & mulieres & senes in bello occidere si ab instituto recedentes arma sumant, ceterisque militibus se immisceant. Vid. *Vattel Droit des Gens Tom II. Lib. III. Cap. VIII.*

(2) Subditi Legitimum Principem etiam in iniusto bello sequi tenentur, inquit *Cocc. ad Grot. Lib I. Cap. IV.* §. 15. *in Differt. De Iur. Principis Eiecti &c* § 12. quod sane ex regulis principiisque supra dictis verissimum esse intelliges. Idem affirmat *Grot. Lib. II. Cap. XXVI.* §. 4.

CAP. X sed quia dum auxilia principi praestant licet inermes me, ne Iura ab ipso usurpata vindicem, morantur & impediunt.

LX. Verum his positis, iurium tuorum necessaria reparatio nunquam vel raro mortem populi huiusce inermis [1] exposcet: nam si ab hoc fine

(1) Nullibi quidem aut in antiquis scriptoribus, aut inter recentiores vim armatam licitam statuere audies, nisi vis aliqua prior antecedat:

*Armaque in armatos sumere Iura sinunt*

dixerat *Ovidius de Art. Am. Lib. III. v.* 491. Ideinque perspicue docent sapientum omnium sententiae Sophoclis, Thucydidis, Xenophontis, Titi Livii, Sallustii, Marcellini, ceterorumque omnium, quos uberrime in medium profert vir summi laboris *Tesmarus ad Grot. Lib. I. Cap. II.* §. 11. Leges autem Romanae nunquam licentiam per vim nominant, quin antecedentem vim inlatam praeferant. *Vlpian. L.* 1 § 27 *De vi, &c.* Vim vi repellere licere, Cassius scribit, natura comparatur, apparet autem, inquit, ex eo arma armis repellere licere. *Vid. Florent. in L. Vt vim* 3. *ff. De Iust & Iur. Paul. in L. IV. ff. ad L. Aquil. Caius in L. IV. ff. eod. Vid. Grot. Lib. c. Cap. c.* §. 2. *n.* 3. & 4. Ita ut universalis consensus suadeat sancte custodiendum esse in Bello id quod olim praeclare scripsit *Livius Lib. IX Cap. I.* Pia, scilicet, esse arma, quibus nulla nisi in armis spes relinquitur. Scilicet, ait opportune *Alber. Gentil. Lib. I. Cap. XIII.* = Iniquissima est conflictatio, ubi altera parte agente patitur tantum altera.

fine tantum laedendi licentia dirigenda fit, res & personas capere, urbes eorum praesidiis munire, propugnacula ipsa & munimenta destruere hostilia, populumque adversum eo redigere, ut tibi nocendi impos evadat, tandemque etiam eos interficere potes quasi contra votum, sive indirecte quod aiunt, si dura & improvisa necessitas urgeat, & nullo alio pacto usurpata Iura vindicare queas, tunc enim tantum caedes, hostilesque actus tuos Lex Naturae iustificat: At quod docendi sint Reges eos posse prout libet gladio uti, adeoque humanum sanguinem sitire, ut quemcumque indiscretim caedant in Bello, ipsosque etiam qui nulla alia eos affecerunt iniuria nisi quod sententiae Principis sui de caussa belli subscripserint, hoc genus est doctrinae nimis efferatum & inhumanum [1], nimisque Naturae institutionibus oppositum

CAP. X.

D 4 quae

(1) = Cum turpe crudeleque sit in eos qui sui Principis Iura tuentur tam acerbe saevire = *Alber. Gentil. Lib. II. Cap XVI.* Praeclare *Nic. Syracusanus* apud *Diodor. in Orat. pro Capt. Lib. XIII. c. 27.* οἱ σύμμαχοι τῇ τῶν κρατούντων ὑπεροχῇ βιασθέντες, ἠναγκάσθησαν συστρατεύειν, διόπερ, εἰ τὰς ἐξ ἐπιβουλῆς ἀδικήσαντας δίκαιον ἐστὶ τιμωρεῖσθαι, τοὺς ἀκουσίως ἁμαρτάνοντας προσῆκον ἂν εἴη συγγνώμης ἀξιοῦν. = Socii vi imperantium adacti sunt militare, quare sicut par est eos puniri, qui data opera iniuriam inferunt, ita aequum est ignosci his, qui praeter voluntatem suam peccant =

Cap. X quae tandem omnes in id conspirant, ut hominum vitam tueantur, societatemque concilient; haec autem documenta saevissima humanum genus destruere & dissociare conantur.

## CAPVT XI.

*Licentia Hostilis in generalibus Belli Casibus per nostrum principium paucis exponitur, ubi de Clarigatione & Represaliis.*

LXI. Postquam abunde ni fallimur demonstravimus hostilis Licentiae nullum aliud agi fundamentum posse praeter hoc unum necessariae defensionis, ordine quae exinde sponte sequuntur expedire operae pretium est; at paucis quidem: Albericus enim Gentilis, Grotius, innumerique alii de hac re integros Commentarios ediderunt, quos non fert animus hic loci transcribere. Ibi igitur aliquantulum tantum immorabimur, ubi praeter Iuniorem Cocceium alios etiam non contemnendi nominis Scriptores nostris sententiis adversos offendemus, cetera ex nostro principio consequi indigitare satis putamus, quae enim ex vero principio sequuntur, ut sint vera necesse est. Vt quis igitur hostis tuus, in quem Ius belli liceat, vocari possit non sufficit ut te iniu-

iniuria aliqua affecerit; si facta iniuria superse- CAP. XI.
deat, arma continuo arripere, gladioque iniuriam ulcisci naturali Lege vetaris, quandoquidem ut bellum ineas, eo te redactum, ut nullo alio pacto Iura tua vindicare possis quam vi & armis, Lex Naturae deposcit; cum enim per ipsam ad pacem & concordiam homines omnes instituantur omnia experiri prius debes, quam arma sumas, quae sane tum natura iustificat, cum ad ea sumenda ipsa adigeris necessitate [1]. Itaque inde sequitur extra permanentem aggressionem ad bellum iustum efficiendum necessariam esse Clarigationem, quae belli denunciationem includit [2], cum enim Iure Naturae arma arripere nequeas nisi necessitate reparationis iuris tui coactus, cum liquido non constet

(1) = Vis enim tum adhiberi debet, cum necessaria est, idest cum unicum est medium conservandi Iuris. Si reparari Ius nostrum potest sine vi tum arma licita non sunt = *Henr. Cocc. ad Grot. Lib. III. Cap. I.* § *6.* Et *Alber. Gentil Lib. I. Cap. III.* = Haec est necessitas, quae bellum iustificat, cum ad bellum extremo loco confugitur = Et inferius = Itaque concludo quod si necessitas non subsit bellum esse iustum nec possit, nam ex necessitate inductum dicitur.

(2) = Clarigatio est solemnis & publica rerum aut cuiusque Iuris clara voce apud summam Potestatem facta repetitio = *Plin. Lib. XXVII. Hist. Cap. II. in fin.* Inde Iuris Fecialis origo repe-

CAP. XI. ſtet an qui laeſit iniuriam reparare pacifice renuat, nullus adeo eſt neceſſitati locus. Huc etiam accedit quod laedens etiamſi Ius tuum reparare velit, cum neſciat quam expetas reparationem, non poſſit.

LXII. Quam quidem aequiſſimam ſententiam fere omnes amplexi ſunt [1], & Grotius, qui huic Legi obnoxios eſſe Principes tunc tantum exiſtimat cum Iura Naturae potiſſima laeduntur, non au-

repetenda eſt. *Liv. Lib. XXXVI. Cap. III.* Quo ritu haec cerimonia inviolabilis perageretur late explicat *Alex. ab Alex Lib. V. Cap III.* Eius originem formulaſque *Gellius* exponit *Lib. XVI. Cap. IV. Liv. Lib. I. Cap. XXXII. Grot. Lib. II. Cap. XXIII. §. 4. & 8 ibiq. Comment.*

(1) Vid. *Sam. & Henr Cocc. ad Grot. Lib. III. Cap. III* §. 6. Vid. etiam peculiarem *Differt. Henr. Coccii Exercit. Curioſ. Tom. I. Diſput. 55. pag. 758. & ſeqq. Don Felix Ioſeph de Abreu Tratado ſobre Preſſas de Mar &c. Cap. I. n. 6. pag 4 & ſeq. Gundling. Cap. XXXVI.* §. 110. *Barbeyr. ad Puffend. Lib. VIII. Cap. VI.* §. 9. *not. 1.* Quando autem haec generalis Lex exceptionem admittat vide apud *Sam. Cocc. & Gundling. LL. cc. & Alber. Gentil Lib. II. Cap. II. Cornel. Van-Bynkerſ.* neceſſariam tantum exiſtimat Iure Naturae rerum vel iurium ſuorum apud ſummam Poteſtatem repetitionem, non autem ſolemnem Belli denunciationem. Quod quidem licet noſtrae ſententiae adverſari videatur, attamen conciliari facili negotio poſſe manifeſte patet, quandoquidem rerum repetitio belli etiam denunciationem includit. Vid. *Quaeſt. Iur. Publ. Lib. I. Cap. II.*

autem cum hostis Iura Gentium & per hominum voluntatem subrogata aggreditur, & rem obscuram & implicatam docet, & a Cocceio egregie refellitur. CAP. XI.

LXIII. Clarigationem igitur necessariam esse si necessaria Iuris tui defensio non adversetur facile patet per eam Naturae Legem, qua in sola necessitate bellum permittitur [1]; ex qua etiam deducitur non statim arma arripienda, sed si res patiatur per Represalias Ius nostrum vindicandum; atque adeo res vel personae pro debito Principis, aut ob quamcumque aliam caussam oppignorantur, idemque Ius in res & personas subditorum competit quod in bello. Verumtamen cum haec

(1) = Hostes hi sunt qui nobis, aut quibus nos bellum publice decrevimus, ceteri latrones aut praedones = *Vlp. in L.* 118. *ff. de V. S.* Et *L.* 24. *ff. De Capt. & postl.* = Hostes sunt quibus bellum publice populus Romanus decrevit, vel ipsi populo Romano, ceteri latrunculi vel praedones appellantur = Vid. *Cic. Lib. I. De Off. Cap. I.* §. 22. *Serv. ad Aeneid. Lib IX. vers.* 53. *Hollman. Iurispr. Natur. prim. lin. Part. II. Cap. II.* §. 187. *& seqq. Formey Extr. Wolf Lib. VIII. Cap V.* § 21. *& seqq.* Vid. *Boecler. ad Grot Lib. I.* § 12. Vbi diserte haec habet = Ergo ut testatio de iniuria fiat, sive satisfactio postuletur ante vim & arma ( nisi prior alter intulerit vim armatam ) Iuris naturalis esse visum est = Vid. *Henr. Cocc. Exercit. Curios. L. c.* §. 6. *pag.* 761.

Cap. XI. haec oppignorationis ſpecies ob nullam aliam cauſſam fiat, niſi ut iniuria reparetur, apparet non licere res perdere ſubditorum aut eos interficere, id enim adverſatur Repreſaliarum fini, ſcilicet neceſſariae defenſioni, quod unicum Licentiae hoſtilis in Bello a Naturae Lege conſtitutum principium abunde oſtendimus: Repreſaliae vero nil aliud ſunt, quam ipſius Belli praeiudium, atque adeo eidem Naturalis Legis principio innituntur. Neque bene hanc rem meditatus eſt Grotius, qui aſſeruit Repreſalias nullo pacto licere auctoritate Legis naturalis, quandoquidem, ut ipſius verbis utar, *nemo ex facto alieno, ſi naturalem Legem reſpicias, tenetur niſi haeres.* At animadvertendum erat non ob illud potiſſimum Ius Repreſaliarum inter Gentes obtinere; nam ſtatim ac iniuriam reparare Princeps expoſtulatus detrectat tunc reus ipſe fit [1] & exinde in eos qui factum Principis vel probant vel tuentur Ius neceſſariae defenſionis, atque adeo Ius belli competit, non quia

(1) = Si ex. gr. ſubditus Principis ſubiectos noſtros aut res eorum laeſerit, nam infertur quoque iniuria a Principe cum il latam a ſubdito non vindicat imploratus = *Henr. Cocc. ad Grot. Lib. III. Cap. II. §. II. Propoſ.* 2. Vid. *Alber. Gentil. Lib. I. Cap. XXI.* ubi = Si Vniverſitas negligit illud factum (ſcilicet maleficium privati) emendare, iam tunc illaqueat ipſa ſe =

quia ex facto alieno quis teneatur, at quia in eos, qui iniuriam mihi vindicanti resistunt Iure necessariae defensionis uti licet; subditi autem reipsa iudicium Principis sequi, probare, tuerique tenentur. CAP. XI.

## CAPVT XII.

### *Quibus armis uti liceat in Hostem, ubi de Veneno & Percussore.*

LXIV. PErdifficilem sane quaestionem aggredior, quandoquidem Reges Regumque vita materiam scribendi suppeditant; & cum simplex humana ratio in naturali Iure exponendo sententiam dicere debeat, non is ego sum qui in tanta rei dignitate iudicii ingeniique mei vires sufficere existimem; quapropter optime factum puto si quid alii de hac re senserint paucis exposuero, & cuique quid exinde statuendum sit quaerere permittam. Eo magis vero hic loci methodo istiusmodi uti libet, quo mores Europae praesentes vel ab ipsa Naturae Lege, vel ab Evangelii placitis, vel a quadam humanitate, quam laudanda sane utilitas introduxit instituti, magis abhorrent a violenta hostium caede, & eos veluti infames notant, qui potius insidiis venenisque,

quam

Cap. XII. quam animi magnitudini, apertisque viribus fidunt.

LXV. Ergo qui nulla dari in hostem arma illicita existimant hoc pacto propositum confirmant: Quem Iure occidere naturalis Lex sinit, hunc vel veneno aut percussore, aut ense interimas si necessitate adigeris nihil interest, hostem vero e medio tollere quocumque pacto Naturam iubere certum est. Deinde vero cum bellum ob id suscipiatur ut Iuris nostri reparatio fiat, eaque obtineri nequeat sine victoria, quidquid necesse putas victoriae consequendae licere dicendum est, quandoquidem qui dat finem, ut scholae loquuntur, dat etiam media. Quid igitur prohibet, si ea necessitate compelleris, ut nullo alio pacto hostem tuum profligare possis, te vel percussoris opera, vel spiculis aquisve uti veneno infectis? *Cum venisset*, Alexander, *ad urbem Ambigeri Regis, oppidani invictum ferro audientes sagittas veneno armant, atque ita geminato mortis vulnere hostem a muris summoventes plurimos interficiunt* [1]. Videsis quam paucis Legibus necessitas detineatur. Quis improbet horum populorum factum, quod dura ipsa necessitas suadebat? At enim, multi immerita patiuntur, atque inermes, in quos nullum Ius

(1) *Iustin. Hist. Lib. XII. Cap. X.*

Ius necis habes, si aquas ex. gr. veneno inficias pereunt. Quid tamen exinde? Anne si summam Naturae Legem respicias ab ipsis meis perfectis Iuribus abstinebo, quod fortasse inde nonnulli aliquid detrimenti extra agentis propositum patiuntur [1]? Quisquis vel Legum prudentiam delibaverit, vel rem hanc etiam oscitanter attigerit hoc pacto agentem hominem, quidquid exinde eveniat, omni culpa carere concedat oportet. His positis sequitur hoc inevitabile armorum genus eligendum, cum nulla alia adest suavior mitiorque vindicandi Iuris via; ipsa autem necessitas & Scaevolam & Iuditham hostem per insidias aggredientes iustificat. Sic ab Aetolis insidiae absolutae contra Nabidem [2], a Theodoto Aetolo tentatae contra Ptolemaeum [3], & a Pipino Caroli Magni Patre perfectae, qui traiecto Rheno, uno tantum comitatus satellite hostem in cubiculo interfecit, nullo improbante, non quia iniustitiam actus saepe deleat admiratio virtutis, ut Cocceius Senior [4] contendit, verum quia vel vitae tuendae, vel Iuris CAP. XII.

(1) Vid. *Cap. VII. not.* 15.

(2) *Pausan Lib. VIII. Liv. Lib. XLII.*

(3) *Polyb. Lib. V.*

(4) Infra *not.* 8. Vid. *Barbeyr. ad Grot. Lib. III. Cap. IV.* §. 15. ubi abunde differit de perfido percussore.

CAP XII ris sui vindicandi necessitas nullis Legibus circumscribitur [1]. Haec ea sunt quae in medium proferunt qui primam sententiam tuentur [2]. Albericus [3] vero & Cocceius [4] in primis complurima contra regerunt, quorum ego synopsim paucis exponam.

LXVI. Alberici Argum. I. *His armis usi sunt Barbari*. II. *Afferunt mortem levi tactu*. III. *His tollitur contentio armorum*. IV. *Cruciant vulneratos*. V. *Nec animalia id faciunt*. VI. *Iniuriam facimus Naturae rerum, quae pura dat elementa, nos autem corrumpimus*. VII. *Hoc genus armorum nefas est*. VIII. *Contra fas Deum*. IX. *Non est Princi-*

(1) Consulendus omnino *Vattelius Droit des Gens Tom. II. Lib. III Cap. VIII* §. 155. *& seqq* qui uberius haec pertractat; an vero solida argumenta proferat pro miti sententia sua ceteri videant.

(2) *Grot. Lib. c.* § 15. 16. 17. *ibiq. Samuel Cocc. & Introduct. &c. Differt.* XII § 742. *n* 5. *Ziegler. & Boecl. ibid. Gundling. Cap. IX* §. 39. *& seqq Bynkers. Quaest. Iur. publ. Lib. I Cap. I. Hommel. De I. N. & G ex Sentent Vet Iurisc. Lib. II. Cap. V. Exempl. III.* §. 118. *Hollman. Iur. Nat. Prim. lin. Part. II. Cap. II* §. 188. *in not. Heinecc. cit. Cap. IV. not.* 16. *Wolf. Lib. VIII. Cap. VIII.* §. 22. *& seqq.* licet ibi dissentiat *Formey. Schvvarz. in specim. II. Controvers. I. N.* §. 12.

(3) *Lib. II. Cap. VI. D. I. B.*

(4) *Ad Grot. Lib. III. Cap. IV.* §. 15.

*tipum sed Latronum*. x. *Non est communis exempli & fidei*. xi. *Est contra innocentiam & honestatem*. xii. *Contra mores maiorum*. Haec omnia vero congestis undique veterum scriptorum testimoniis tantum confirmat. xiii. *Clandestinum est*. xiv. *Medici prohibentur in hunc usum vertere naturales productiones, ergo a pari, &c.* xv. *Sententiae Philosophorum hunc usum exprobrant*. xvi. *Deducitur a simili de adultero. L. 8. ff. De poenis*. xvii. *Si licet quem interficere, non id tamen veneno facere licet*. xviii. *Bellum est disceptatio per vim, ergo venenis geri non debet*. xix. *Contra venenum non potest vis humana resistere*. CAP. XII.

Quod autem attinet ad *Henr. Cocceium* vis omnis argumentorum, quae ipse per longas ambages intexuit sic se habet.

Vis hostilis conceditur a Natura, nempe ex voluntate Dei.

Deus velle non potest quae per se turpia sunt.

At veneno, ceterisque rebus medicatis uti est quid turpe.

Ergo venenum, &c. nunquam velle potest.

LXVII. Sed ut huiusmodi ratiocinium recta procederet methodo subsumptam illam tertiam propositionem demonstrare oporteret, quod nullibi praestat Cocceius; Itaque *τὸ turpe* sic definit.

Cap. XII. *Turpia autem arma sunt, quae nullam virtutis speciem praeseferunt, sed ex animi mollitie, foeditate & timiditate adhibentur, ne adversus ea hosti nostro defensio pateat, & ut verbo dicam, quae omnis defensionis facultatem ita excludunt, ut ab homine provideri nequeant* [1]. Quae sane quantum valeant quisquis mediocri ingenii vi pollet facile intelliget.

LXVIII. At quidquid dictitent publici Iurisperiti mos quidem laudandus invaluit, ut hinc inde hisce armis hostes abstineant, tum quia nunquam absoluta tui defensio expetit, ut his utaris armis, quae, si aperto Marte es infirmior, hostem tamen nullo pacto profligabunt; quin potius, si insidiis dolisque hostem aggrederis, ipse magis exardet animo, & ex eo bello extrema tui clade discedit; tum quia cum Ius Talionis utrinque valeat, pericula in immensum augerentur, innumerisque modis Regum, Ducumque licitarentur Capita. CA-

(1) *Ad Grot. Lib. III. Cap. IV.* §. 15.

# CAPVT XIII.

## *De Captis, Deditis, Supplicibus & Obsidibus non necandis.*

LXIX. QVod supra ὡς ἐν παρόδῳ attigimus id paulo uberius exponendum, attamen non multis, quandoquidem in id fere omnes consentiunt, ut impune eiusmodi gentes inermes interficere nefas omnino sit: Cocceius tamen, ut solet, dissentit [1], at nullis aliis utitur argumentis ad sententiam suam confirmandam, quam praeclaro illo, quod nos supra tot tantisque rationibus profligavimus.

LXX. Iis igitur omnibus, qui flagrante adhuc bello capiuntur cum in nostram potestatem pervenerint, neque amplius reparationi Iuris nostri adversentur, parcendum esse Lex Naturae iubet, quandoquidem hostilis licentiae fundamentum, nempe *necessaria defensio* [2] cessat, ipsi Naturam hostium exuunt, societatis Leges reviviscunt, Ius

 belli

(1) *Ad Grot. Lib. III. Cap. XI.* §. 1. Vid. *Dissert. XII Introduct. ad Grot. Lib. VII. Cap. III. Sect. III.* §. 739. *& seqq.*

(2) Opportune *Henr. Cocc. Dissert. De arm illicit* §. 12. *& seqq.* = Ex dictis quoque sequitur nunquam Ius armorum, ac ho-

Cap. XIII. belli extinguitur, nilque aliud acquirit victor nisi Ius in operas capti, & lucrum exinde eveniens, quod

hostium in eos esse, qui armis iam capti, vel victi sunt, cum omnis cesset in eos saeviendi necessitas = Vid. *August. ad Bonif. Ep.* 205. *relat. in Corp. Iur. C.* 3. 23. *&c.* 1. *& Auct. ad Herenn. Lib. IV.* §. *XVII. Corn. Van-Bynkers.* Occidi posse captos pleno perfectoque Iure docet. *Quaest. I. P. Lib. I. Cap. III.* Id nullo argumento a ratione petito confirmat, sed tantum affert quasdam historias, praecipue ex edictis Belgarum, in quibus apparet captos aliquando edicto publico occisos fuisse. At mirandum est Bynkersoekium, qui mores Gentium ad comprobanda Iura Naturae nihil omnino facere tam audacter constituit, Thesim hanc solis argumentis ab historia petitis confirmasse. Adde etiam quod & nos facili negotio concedimus aliquando expedire etiam captos & deditos occidere, praecipue si quid contra Pacem ab ipsis metuitur, vel difficile custodiri queant, vel ob quamcumque aliam caussam, quae arbitrio victoris relinquitur, dummodo ipsam cum ea Lege, quam Natura praecipit, victor idem dimetiatur. Quosdam casus, quibus Captivi Iure necantur indicat Gabriel Naudaeus in suis Animadversionibus Politicis in Arcana Imperiorum *Cap. II. pag.* 100. = Ajoustons encore que le droit de guerre ne permet point, que ceux-là ne soient en aucune façon outragés, qui mettent les armes bas pour implorer la misericorde du vainqueur; & neanmoins lorsque la quantité des prisonniers est si grande, qu'on ne les peut facilement garder, nourrir, & mettre en lieu de sûreté, ou que ceux de leur party ne les veulent racheter, il est permis de les mettre tous bas par maxime, dautant qu'ils pourroient affamer une ar-

quod luculentissime probant viri doctissimi Grotius [1], ibique senior Cocceius. CAP. XIII.

LXXI. Hoc sane etiam in prisco belli Iure plerique Imperatores senserunt, & licet tunc temporis plenum dominium & Ius vitae & necis in captos sibi arrogarent, attamen captis ipsis parcebant; natura scilicet etiam tum increpabat, & paulatim hostilem licentiam ab immani illa pristina feritate ad praesentem mansuetudinem convertebat, quod innumeris exemplis confirmat Grotius [2].

LXXII. Si igitur parcendum captis, quanto



armée, la tenir en défiance, favoriser les entreprises de leurs compagnons, & causer mille autres difficultés = Videsis etiam *Vattelium Droit des Gens Tom. II. Lib. III. Cap. VIII* §. 149. At quod ipse Naudaeus affirmat nemo sanus agendum susceperit nisi prius omnia circumspexerit, ut intelligat an reipsa ad internecionem illam necessitas impellat victorem. Quapropter animadvertendum est hosti, antequam hoc immane arripiat remedium, primo ne captis vitam servare pactus sit, secundo ut salus exercitus necessario atque Iure caedem illiusmodi expostulet. Nisi vero ad haec animum adverterit, licet impune internecionem captorum iubeat, attamen contra Legem Naturae egisse dicendus est.

(1) *Lib. III. Cap. VII.* § 1.

(2) *Lib. III. Cap. XI.* §. 6. *& seqq. Cap. XII.* §. 2. *Cap. XIV* §. 3.

Cap. XIII. his parcetur magis, qui adhuc pugnando possent non capi, aut non sine sanguine traderent victoriam hosti?[1] Deditos scilicet, qui se fidei hostium committunt eo magis ratio naturalis servandos esse docet, quo magis tibimet Iura tua vindicanti non adversantur, verum etiam lubenti animo reliquis viribus in te suis modum fraenumque quodammodo imponunt, & a tuorum sanguine abstinent.

LXXIII. Quod si eousque Licentia Hostilis in deditos statueretur, ut unumquemque necare facultas esset, nunquam eo insaniae devenirent milites obsessi, vel ad incitas quoquo modo redacti, ut priusquam extremas vires experirentur ad te confugerent, a quo paullo post se necandos esse intelligerent. Videntur igitur qui hosti dant manus victas de vita servanda pacisci[2], atque adeo a nece ipsorum abstinendum tum quod id praecipit Lex Naturae universalis, quae Licentiam hosti-

(1) Vid. *Alber. Gentil. Lib. II. Cap. XVII. pag.* 365.

(2) = Ita qui nec capitur, sed se dedit ipse pacisci cum hoste de vita videtur = Vide *Alber. Gentil. ibid. & Vander-Muelen ad Grot. Lib. I. Cap. III. §. VIII. n.* 3. Quapropter *Thucydides Lib. III. Cap. LVIII.* ἑκόντας τε ἐλάβετε, καὶ χεῖρας προϊσχομένους· ὁ δὲ νόμος τοῖς Ἕλλησι μὴ κτείνειν τούτους. = Volentes & manus tendentes accepistis, mos autem Graecorum est tales non interficere = Vid. *Grot. Lib. III. Cap. XI. §.* 14. *n.* 1.

ſtilem moderatur, tum quod in pactum Deditorum consenſiſſe victorem ex ipſa deditionis natura manifeſte apparet. Quod ſane & de Supplicibus flagrante Bello intelligendum eſt, ſi tamen fieri poteſt ut in maxima certaminis contentione preces exaudiantur, & ancipiti adhuc praelio inconſtans victoria idipſum animadvertere hoſtem ſinat [1]. CAP. XIII.

LXXIV. Neque hic loci ullo pacto objicere fas eſt mortem aliquando tum Captos, tum etiam Deditos promereri vel Iure Talionis, vel ob pertinaciam reſiſtendi [2]; nam & Ius Talionis non

 obti-

(1) Vid. *Alber. Gentil. Lib. II. Cap. XX.* ubi & ſupplicibus, & iis qui ad loca ſacra confugerunt parcendum eſſe congeſtis undique teſtimoniis oſtendit. *Grot. Lib. c. Cap. eod.* Porro de iis qui flagrante Bello ad hoſtem ſupplices confugiunt praeclare *Cicero Lib. I. De Off.* = Hi qui armis poſitis ad Imperatorum fidem confugerunt, quamvis murum aries percuſſerit recipiendi ſunt = & *Diod. Sicul Lib. X. Cap XIX.* νόμος ἐςὶ τὺς ἱκέτας σώζειν ἐν τοῖς πολέμοις = Lex eſt in bellis ſervare ſupplices = Dès qu'un ennemi ſe ſoumet, & rend les armes on ne peut lui ôter la vie. On doit donc donner quartier à ceux qui poſent les armes dans un combat = *Vattel Droit des Genſ. Tom. II. Lib. III. Cap VIII. pag. 46.*

(2) Idem oſtendit *Alber. Gentil. Lib. c. Cap. XVI.* Apud quem reſpondet Neapolitanus Beliſario = Pertinax ſtudium in aliquem nemo iudicet dignum ſupplicio = Confer *Corn. Van-Bynkerſ. Quaeſt. Iur. Publ. Lib. I. Cap. III.* ubi = Licent in hoſtem

omnia,

Cap. XIII. obtinet nisi in ipsos delinquentes, & subditorum est ultimam etiam Belli fortunam experiri, antequam id deferant, quod defendendum servandumque ipsi Imperatores praeceperunt, neque ad hostes pertinet sententiam dicere de iusta alterius partis resistentia, cum bene novisse nequeant quou-

omnia, sed si ob fortitudinem nihil crudelius = Vid. *Zouch. De Iur. Fecial. Part. II. Sect. X. Quaest. IX.* Et qui nuperrime in lucem prodiit *Vattelius Droit des Gens Tom. II. Lib. III. Cap. III.* qui de hac re uberrime differit. *Grot. Lib. III Cap. IV. § XIII ibiq Comment.* Nostrae sententiae hic loci videtur adversari mos nonnullorum Ducum, qui in bellis aliquando invaluit, ut si hostis captivum militem iniuria necaverit, alter quodam Represaliarum Iure captivum itidem occidi iubeat: at fatendum est nullo pacto licere haec extrema feritatis experiri in innoxios ob iniusti Ducis immanitatem: nam quamvis Princeps vitam ipsam hostium publicae saluti devovere iure queat, attamen ut incorrupta ipsa iustitia maneat expedit potius ab hoc innoxiorum hominum sanguine abstinere. Quod iam magnanimi Duces Scipio & Alexander olim praestiterunt, quorum primus cum quosdam Hispaniae Principes, qui a Romanis defecerant, persequeretur dixisse fertur apud *Liv. XXVIII.* = Se non in obsides innoxios, sed in ipsos saeviturum; nec ab inermi, sed ab armato hoste poenas expetiturum = Alter vero Dario Iura belli praetergresso minatus est se illi militibusque suis nullam omnino deditionem permissurum, si in incepta bellandi ratione persisteret. *Quint Curt. Lib. IV. Cap. I. & Cap. XI.* En quomodo Duces Iura belli violantes coercere licet.

quousque Civitatem vel munimentum aliquod servare & defendere oporteat [1]. CAP. XIII.

LXXV. Age vero quid de obsidibus statuemus, qui vitam suam quodammodo oppignorarunt? Ergone e medio tollere obsidem ob Principis sui perfidiam non licebit? Quid vero tunc de fine, quem sibi proponunt Principes, qui obsides ipsos recipiunt? Tunc enim nil aliud agere videntur, nisi ut huiuscemodi pignore fidem adversae partis arctiori vinculo obstringant, dolosque compescant, quippe qui charissimos omnium cives detinent, quos extremo supplicio mulctandos esse, si quis in fide non maneat, ipsi Principes inter se quodammodo consenserunt.

LXXVI. In diversas hac de re sententias [2] abierunt Publici Iuris periti: si mores autem Gentium consulas, quos uberrime colligunt & Albericus

(1) Fieri tamen potest, ut etiam morte e medio tollere deditos fas sit. Quando vero id Iure naturae liceat docuit praeclare *Vattelius* loco supra citato.

(2) *Grot. Lib. III. Cap. IV.* §. 14. *& Cap. XI.* §. 18. *cum Comment. ad h. l. Pufendorf. Lib. II. Cap. IV.* §. 18. Et *Lib. VIII. Cap. II* §. *ult.* humaniori quam nos propugnamus sententiae subscripserunt. *Alber. Gentil. Lib. III. Cap XIX. Gundling. Cap. XXIV.* §. 40. *Samuel Cocc. ad Grot. ll. cc.* Et *Dissert. XII. Lib. VII. Cap. VI. Sect. V.* §. 843. adversam tuentur sententiam, quorum argumenta infra refellimus.

Cap. XIII. cus [1] & Grotius [2] tum humanitatis, tum saevitiae exempla complurima offendes; at si rationem ipsam sequamur paucis res tota expeditur.

LXXVII. Si quis igitur in vitam suam Ius habet ita ut de ea statuere ex sententia, uti de ceteris rebus, quae in eius dominio sunt, possit, obsidem qui fidei publicae servandae caussa detinetur optimo Iure necabis, licet enim non peccet, tamen occasione delicti tenetur ob sponsionem pro delinquente, ut fieri solet si quis ex. gr. pro delinquente de Iudicio sisti, vel iudicatum solvi satisdedit.

LXXVIII. Si vero secus, eo contra obsides pervenies, quousque se suaque obligare ipsis facultas est, nempe bona & personas capies, vitae autem parces, quandoquidem eam tibi oppignorare obsides nequeunt; hanc vero aggredi eo Iure belli, quod in inermes supra statuimus prohiberis.

LXXIX. Neminem igitur esse dominum membrorum suorum, sublato veterum Iure, perspicue Grotius demonstrat [3], atque adeo obsides intersicere, cum nec perfidiae, nec alius criminis, quod ipsi admiserint, accusari possint, nefas omnino. Eam ergo poenam de ipsis sumendam apparet, quam

(1) (2) *Locc. supr. citt.*
(3) *Lib. II. Cap. XXI. §. 2.*

quam obsides subituros esse spondere iure pote- rant, nempe libertatis bonorumque privationem [1]. CAP. XIII.

LXXX. At audiamus Cocceium, qui sententiam suam hoc argumento confirmat: certum est, inquit [2], civem sua voluntate se obsidem pro Republica dare posse. *Cum enim subditi pro obtinenda salute Civitatis vitam & opus impendere teneantur, nihil obstat quominus vitam cautionis loco obligare possint, & Regula, quod nemo sit dominus membrorum suorum exceptionem patitur, quoties de defensione Patriae & salute Reipublicae agitur*. Quod quidem licet sagaci ingenio a clarissimo viro excogitatum videatur, attamen facili negotio diluitur, etsi enim ultro consentiamus, ut civis pro salutae Reipublicae vitam dare teneatur, tamen concedat oportet ubi nullus omnino sperandae salutis locus est nefas esse in vitam suam Ius sibi arrogare: at si etiam obsides vitam oppignorent nulla ex eorum nece salus Reipublicae aut civitatis conservatio sequitur, ergo, &c. Quis enim adeo insanierit ut pro aliena perfidia hominem innoxium puniat, perfidam autem civitatem praetereat? Cum igitur cesset finis, ob quem licitam esse contendit Cocceius vitae oppigno-

(1) Vid. *Pufend. Lib. VIII. Cap. II.* §. *ult.*

(2) *Differt. XI. loc. cit.*

 gnorationem, ipſum corruit argumentum in medium ab eo prolatum, quod huiuſmodi fini omnino innititur [1].

## CAPVT XIV.

### *De Captura & Vaſtatione rerum & de Iure Victoris.*

### CONCLVSIO OPERIS.

LXXXI. Reliquum eſſet ut de Licentia in res & Iura Hoſtis verba facerem, & principium illud, quod ſupra veluti Licentiae hoſtilis terminum poſui, reliquis belli occaſionibus aptarem: at quandoquidem non univerſam de Iure belli doctrinam complecti in animum induxi, ab iis pertractandis, quae iam complurimi uberius & ex inſtituto deſcripſere, ſuperſedebo. Huc accedit quod & ipſe Samuel Cocceius, cum quo mihi praecipue eſt negotium, diripere, vaſtare, & incendere res hoſtiles in infinitum, omniaque victori licere docet, at nullis aliis utitur argumentis, quam iis quibus iam ſupra ut par erat occurrimus. Igitur

(1) Vid. *Schilter. Diſſert. De Obſid. Gundling. loc. cit. Io. Heinec. in Grot. Lib. II Cap. XXI. num.* 2. 3. *& De I. N. & G. Lib. II.* §. 221. Vid. *Boecler. ad Grot. Lib. I. Cap. I. Diſſert. De Dom Eminenti p. m.* 105.

tur facili negotio intelligitur capi, diripi, vastari & incendi res hostis ita a Lege naturali permissum, ut tui defensio id necessario expostulet: neque fas esse ut Reges quodam armorum furore, ne dicam insania perciti in ea ferantur, quae neque hostis vires imminuunt, neque suas augent; memores tanta esse Belli necessaria mala, ut odio vindictaeque omnino parcendum sit, ne caedes aerumnaeque in immensum crescant. CAP. XIV.

LXXXII. Vbi vero per ultimam victoriam quia vel Provincia vel Imperio hostium potitus est cessat omnino quaevis armorum licentia; Gens enim per victoriam ultimam profligata in momento quasi victoriae transit tota in potestatem & Imperium victoris, adeoque exuit cum Libertate publica hostem, quippe qui esse nequit nisi Populus liber[1].

LXXXIII. Igitur postquam victor ea omnia praestiterit, quae Imperium victoriamque firmare in populum devictum valent, nullus *necessariae Defensioni* locus reliquus est, atque adeo Lex illa Naturalis suspenditur, quae actus Hostiles ob necessariam tantum defensionem iustificat.

LXXXIV. Itaque exinde nec amplius occidi, nec in servitutem redigi homines devicti possunt Iure belli, quod cum ultima victoria expiravit,

hoc

(1) *L. 24. ff. De Capt. & Postlim.*

Cap. XIV. hoc enim momento ex hostibus Cives fiunt subditique, & Princeps Victor ex hoste Magistratus Legitimus, cuius est tueri Cives, & Iura pacis tantum in eos exercere. *Parta Victoria*, ait opportune Cicero [1] *conservandi sunt ii, qui non crudeles, nec immanes fuerunt: hanc iustitiam a Romanis ita cultam fuisse, ut ii, qui Civitates aut Nationes devictas bello in fidem recepissent, eorum Patroni essent more Maiorum:* quippe prisci illi Romani, ut est apud *Sallustium* [2], *victis nihil quicquam praeter iniuriae licentiam eripiebant*.

LXXXV. Hinc facili negotio occurrere licet argumento Coccei, qui omnia victorem in victos experiri posse asserit eo quod *Populus bello victus criminis reus est, in quem victori Ius vitae & necis competit*, supra enim docuimus quantum a veritate alienum sit poena aliqua affici posse subditos, qui Principis iussa faciunt: quis enim adeo insaniat, ut existimet ob id puniendos esse homines quia se suaque tuentur, Principis dicto audientes sunt, uno verbo Naturae Leges reverentur? At quidquid contra pugnantium mansuetudinem effutiat Cocceius mecum ipse summopere gaudeo Reges Ducesque

(1) *De Off. Lib.* 1.
(2) *Lib.* 1. *in princ.*

cesque bellantes nostris temporibus illam tantae feritatis sententiam unanimi quodam consensu actu rejicere & exprobrare, & ita Bella gerere, ut primum & potissimum pacem acquirant, ut neque devictis Regibus Imperium omnino adimant, ut denique non tantum a feritate abstineant, sed etiam inevitabiles bellorum aerumnas quantum fieri potest imminuere conentur. CAP. XIV.

FINIS.

# DE MAIESTATE
## PRINCIPIS
### AD LEGEM CONSTITVENDAM OMNINO NECESSARIA.

## O R A T I O

QVAM HABVIT IN SACRA FLORENTINA ACADEMIA
POSTRIDIE KAL. MARTIAS ANN. MDCCLIX.

# INDEX PARAGRAPHORVM.

§. V.

Multi Pactum cum Lege confundunt. Huius erroris origo. Differentiae reliquae inter Pactum & Legem.

§. VI.

De Sanctione poenali.

§. VII.

Fere omnes, qui Leges pertractarunt *Superioris* necessitatem agnovere.

§. VIII.

Obiectionibus occurritur, ubi de Iure Gentium voluntario.

DE

# DE MAIESTATE
## PRINCIPIS
### AD LEGEM CONSTITVENDAM OMNINO NECESSARIA.

## §. I.

### *De Homine prout est a natura ipsa comparatus.*

I. OMnes homines si ipsam eorum primam originem tantum inspicias aequales omnino inter se in lucem prodeunt, aequalitas vero cum loquimur de Agentibus, qui libertate gaudent, atque adeo obligationum vinculis obstringi, & Legum fraeno coerceri possunt in eo sita est, ut omnes tum erga se, tum erga alios iisdem omnino juribus praediti sint, eademque mutua officia inter se diligenter sanctèque servent [1].



(1) *Wolf. par Formey Lib. I. Cap. I.* §. 29. = Tous les hommes sont naturellement égaux lorsqu' ils ont tous les mêmes droits, & les mêmes obligations =

§ I. II. *Ius* est facultas, qua homo gaudet, aliquid libere agendi; si vero nullae essent in statu Naturae Leges, ipse quidquid libet pro Iure suo ageret, nullusque hominum eum sine iniuria cohibere posset, nemo enim si naturalem originem respicias legitimam potestatem habet in alios.

III. Libertas igitur hominis, qua in statu Naturae nullis limitibus circumscripta praeditus esset a nullo alio compesci potest, quam ab eo, qui ipsum creavit ex nihilo; quod quidem Iure praestare potuit, non quod *irresistibili potentia* armatus [1], vel praecellenti Natura praeditus sit [2], at potius quia illi sunt iustissimae caussae libertatem hominis coercendi, qui omne id quod habet ab ipso accepit: aequum est enim ut qui vitam caeteraque omnia homini dedit, possit etiam dum velit quodam limite libertatem eius circumscribere, maxime vero si dicto audientes praemio, eos autem qui praescriptum limitem transgrediuntur poena afficere potest [3].

§. II.

(1) *Hobbes De Cive Cap. XV.*

(2) *Pufend. Droit de Natur. &c. Lib. I. Cap. VI.*

(3) Vid. *Pufend. l. c. Barbeyrac. ibid. Burlamaqui Princ. du Droit Naturel. P. II. Cap. IX.* § 1. *& seqq.*

## §. II.

### *Origo Legum in statu Naturae, variaeque earum acceptiones.*

I. EO quod igitur etiam in statu Naturae Superior [1] aliquis est, qui aequo Iure Leges imponere potuit, easque praeterea per Rationis lumen hominibus promulgavit, ideo etiam in statu Naturae sunt Leges aliquae: ab huius autem Legislatoris praecognita voluntate oritur potissimum ipsa parendi obligatio.

II. Naturales poenae, quibus naturalia praecepta violantes afficiuntur a committendo scelere homines rationis compotes arcere possunt, nullam autem obligationem legitimam ut abstineant culpa, inducere.

III. Quippe *obligatio* idem sane dici nequit



(1) = Etenim cum Legem proprie dictam absque Legislatore & Superiore cogitare perabsurdum sit, Leges etiam naturales, hoc est omnibus communes, eosdemque aequali ratione obligantes dari admittique prius nequit, quam vel sufficienter probatum sit, vel ut alibi demonstratum supponi possit, dari communem hominum superiorem, qui & Ius aliud ab hominibus agendum, aliud omittendum postulandi habeat = *Hollmann. Iurisprud. Natur. Prim. Lin. Part. I. Cap. II.* §. 41.

§. II. ac ſimplex paenarum timor. Ipſa namque eſt interna quaedam cognitio, qua neceſſitate adſtringimur agendi vel omittendi aliquid ideo quod potiſſimum Ius & ratio id expetit[1]; prorſus ut ſi quis primas naturaleſque obligationes tranſgreditur, ipſe deinde quodam animi angore vexetur, & interiore Iudicio pravitatem ſuam redarguat, ſuamque aegritudinem veluti admiſſi ſceleris debitam poenam invitus quamvis probet, eamque ſe meruiſſe fateatur.

IV. Leges in ſtatu Naturae duplici reſpectu concipi & explanari poſſunt.

V. Et primum ſub generaliori Legum ſignificatione veniunt Attributa neceſſaria rerum, tum ſi earum naturam tantum inſpicias, tum ſi eas cum aliis creatis rebus comparaveris.

VI. Scilicet ſi homo effingitur, praeſentemque illi aptandam eſſe Naturam conſtituitur, ipſa eadem hominis natura eodem temporis momento, quo excogitatur, neceſſarias & ipſius omnino proprias Leges ſuppeditat, atque adeo poſita hac praeſenti humani Corporis conſtitution[illegible] [illegible]iſpoſitione nervorum, liberorum [illegible] [illegible]di-

(1) Vid. Barbeyr. ad Puf[illegible] [illegible] Gr[illegible]
Cap. II. §. 2[illegible] [illegible] id [illegible]
de ex[illegible]

tas, alimentorum ad tuendam vitam inquisitio, horror & trepidatio quaedam ad ea omnia, quae dolorem tristitiamque ipsi afferre solent, & ingens voluptatis desiderium, caeteraque huiusmodi, Leges dici poterunt, quae necessario ex illius Natura manare debent. §. II.

VII. Itaque si summo omnium rerum Conditori libuerit ut ex nihilo materia existat non poterit facere quin ea sit finita, ens enim immensum aliud creari nequit quin primum necessario destruatur: quidquid igitur finitum est necessitate Naturae suae figura praeditum sit oportet, atque adeo figurae omnes quae ad certam regulam trahi possunt ita suas omnino necessarias Leges habent, ut nullus exempli caussa esse possit circulus, quin lineae ab eius centro ad peripheriam productae sint inter se aequales; haec autem aequalitas Naturae Circuli necessaria Lex erit. Igitur in hac prima latissima significatione quidquid in praesentia creatum est & quod etiam creari posset quasdam Leges habet, quas ego *Attributa necessaria* cuiuscumque rei, Montesquieus *Relationes*[1], Aristotelis sectatores *Instinctum*, plerique autem Publici Iurisperiti prima Naturae[2] appellant.

VIII.

(1) Rapports.

(2) Τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν.

§. II. VIII. Haec tamen necſſaria Attributa improprie dicuntur Leges, quippe quae non tantum hominum, ſed omnium omnino animantium propriae ſunt; Lex autem hominis hac tantum ratione conſiderata Legis illius ſimillima eſſet, quae Corpora omnia iubet rapi centrum terrae verſus, & in ſublime iacta viam ipſam per quam tum aſcendentia, tum deſcendentia feruntur quadam immutabili regula metiri. Quod quidem Naturae neceſſitatem potius, quam Leges proprie dictas ſignificat, cum Agens voluntate libera praeditus neceſſarius omnino ſit ad conſtituendam Moralitatem Actionum prout ipſae Legum regulae aptantur [1].

IX. Sed de prima Legum ſignificatione dicta ſint ſatis; quod ad ſecundam attinet Lex nil aliud eſt, quam norma quaedam rerum agendarum, quam hominibus praeſcripſiſſe ſupremum Legislatorem ipſo rationis lumine intelligitur [2].

X. Lex haec igitur, quandoquidem homines om-

(1) *Burlamaqui Droit Nat. Cap. VII.* §. 1. *P. II. Cap. XI. per tot.*

(2) *Hollman. Iuriſpr. Nat. Prim. Lin. Cap. II. Part. I.* §. 46. Cum voluntas ergo divina ratione ſola cognita vim Legis naturalis habeat &c. Vid. *Pufend. Droit de Nat. &c. Lib. II. Cap. III.* §. 20.

omnes eadem ratione eademque Natura praediti § II. sunt, unusque est qui eam fert summus omnium Princeps, universalis & immutabilis esse debet, & easdem omnibus obligationes, eademque Iura commendet oportet.

XI. Quapropter homines per hanc rerum omnium Opificis Legem denuo perfectam omnino aequalitatem moralem acquirunt inter se. Quisnam in hoc statu nova Lege lata libertatem eorum coercebit, facultatesque illas finiet, quas Iure naturali acquisierunt?

## §. III.

### *De Origine ceterarum Legum.*

I. SI quis igitur solus, vel plures simul inter eos postularent, ut ceteri iuxta eam regulam agerent, quam ipsi praescribere vellent, iniuria sane agerent, utpote qui immutabilem Legem illam Naturae violarent, quae perfectam omnino aequalitatem inter homines praecipit. Et quamvis per vim terroremque eo homines adduci possent, ut instante ingenti periculo alicui obedirent, attamen vis illa iniusta nullam pareret legitimam obligationem: voluntas exterior, ut ita dicam, coacta esset hac ratione, sed interior vo-

lun-

§. III. luntas libera omnino maneret, positoque timore vim libertatemque suam iure & prout libet exercere inciperet [1].

II. Cum igitur nemo in eo Naturae statu sit, qui Legem aliis iure ferre possit, eam ipsam servabunt homines aequalitatem, donec sponte omnibusque adsentientibus unum pluresve ex iis eligant, quibus ius, quod quisque a Natura habet sibi consulendi ex sententia, cedant, sinantque ut ab illis regula aliqua actionum ipsis praescribatur, naturaliumque facultatum pars prout libet certo quodam limite finiatur.

III. Si olim homines se a Naturae statu in societatem transtulerunt, primum inter se pacisci oportuit, ut aequo animo eam vivendi Legem amplecterentur, quae plerisque utilior meliorque videretur, ita ut plerorumque voluntas, veluti voluntas omnium esset, & quod maxima pars constitueret, id apud omnes unanimi consensu ratum haberetur.

IV. Primum igitur convenit inter homines de societate ineunda, vitaeque ideo socialis communis regula condicitur. At quisnam eam Regulam

(1) La force à parler proprement n'entre pour rien dans le fondement de l'obligation *Barbeyrac. ad Lib. I. Pufend. Cap. VI. §. IX. Vid. §. X. & seqq.*

lam praescribat, praescriptamque exinde etiam vi adigat alios ut servent. En ubi necessitas omnino postulat, ut homines invicem paciscantur se quidquid a maxima eorum parte constituetur concordi animo probaturos. §. III.

V. Haec tamen ultima conventio proprie nova *Lex* dici nequit, nam obligatio illa iungendae societatis, quam inierunt homines inter se a naturali Lege tantum originem duxit, & consensus pactumve vera Lex non fuit, sed ratio quaedam se se obligandi iuxta praeexistentem Legem.

VI. Quisquis hanc rem attento animo meditari voluerit facili negotio intelliget simplicem hominis consensum nullum omnino ius in alium transferre posse.

VII. Si Casus aliquis hunc aspectabilem Terrarum Orbem creasset, nullusque esset inter homines Legislator, ex simplici hominis sponsione nulla sane suboriretur obligatio. Si enim promissis stare nollet qui fidem dedit, utilitati fortasse suae deesset, non autem a legitima recederet obligatione, quippe obligatio ab iustitia, iustitia a Lege, Lex a Legislatore originem ducat oportet [1].

VIII.

(1) Id quod mirifice explicat *Pufend. Droit de Natur. &c. Lib. II. Cap. III.* §. 20. = La volonté humaine ne sauroit d'ailleurs

§. III. VIII. Exinde perspicue apparet pactum seu promissum quodcumque non ob id potissimum obligare hominem in statu Naturae, quia simplicem in aliquid consensum praebuit, sed quia Lex praecipit Naturalis, ut data fides inviolabilis omnino servetur [1].

IX. Quapropter Cicero Naturam originemque Legum indicaturus postulat prius, ut sibi Maiestas vis & Imperium supremi omnium rerum opificis concedatur: *Dasne igitur*, inquit, *hoc nobis Pomponi, de Deorum immortalium vi, natura, ratione, potestate, mente, numine, sive quod est aliud verbum, quo planius significem quod volo,*

leurs être tellement liée par ce que elle a une fois determiné, qu'elle ne puisse s'en écarter quand bon lui semble, s'il n'y a autre chose qui l'en empêche. Supposé même, que dans l'indépendance de l'Etat de la Nature un certain nombre de gens convissent ensemble d'observer ces maximes (de la raison) les uns envers les autres, elles n'auroient de la force par rapport à eux, qu'aussi long tems, que dureroit le Traité. Bien plus: L'engagement ne seroit pas même obligatoire, parceque cette maxime de la raison, qui prescrit d'observer religieusement les conventions n'auroit pas encore force de Loi: ainsi chacun pourroit, non obstant l'opposition de tous les autres, se dédire quand bon lui sembleroit =

(1) *Grot. Lib. II. Cap. XI. §. IV. n. 1. & Comment. ad h. Lib. Pufend. Lib. II. Cap. IV. & Lib. III. Cap. III. §. 5.*

*lo, Naturam omnem regi? Nam si hoc non probas ab eo nobis caussa ordienda est potissimum* [1]. Romani vero Iurisconsulti cum nullam esse posse obligationem nisi Lex aliqua praecedat, quae illam iubeat, intellexissent, obligationem ipsam *Vinculum Iuris* finiverunt: hinc etiam fit ut quaedam pacta interiorem animi iudicium seu conscientiam ad quid praestandum obligent, nullum vero externe Ius aut actionem alteri tribuant, obligationem nempe illam internam Lex Naturalis ratam habet, Lex autem civilis nullo pacto confirmat. §. III.

X. At si praetermittamus etiam cum ea quae dicta sunt, tum quae addi possent circa obligationis naturam, perspicuum sane est homines universos donec in aequalitate iurium & obligationum manent nullis omnino aliis Legibus praeter Naturalem, coerceri; at per pactum, de quo disseritur, nulla moralis differentia inter illos suboritur, ergo pactum huiusmodi non est sane Lex; quippe nulla Lex esse potest, donec inter eos aliquis insurgat, qui ceteris consentientibus iure illam ferat.

XI. Postquam vero plerorumque voluntas seu per suffragia, seu quocumque alio pacto est plane declarata, oritur inter eos homines, qui se iun-

ctu-

(1) *De Legg. Lib. I. §. 8.*

§. III. cturos societatem spoponderunt, Persona Moralis, in quam ius illud transferunt, quo quisque ad se suaque ex sententia tuenda, facultatesque suas naturales quomodolibet dirigendas gaudebat, quapropter Personae illius est facultates eorum naturales aliquo pacto vi Institutionis suae finire, eamque vivendi rationem praescribere, quae publico bono magis accommodatam censet.

XII. Ex hac igitur hominum postrema constitutione Moralis Differentia introducitur; quadere prima regula, quam ceteris servandam Persona illa Moralis praescripserit ea prima Lex erit post Iuris Naturalis praecepta.

XIII. Exinde facili negotio intelligitur conventione aliqua opus esse ut Persona illa constituatur, at pactum huiuscemodi vel promissum plurimum a Lege ipsa differre; nam statim ac Persona haec moralis extiterit, si Leges ferat, hae sane a nullius suffragio vel consensione vim suam repetunt, ipsa namque iubet, vetat, permittit iure suo iuxtaque sententiam, & non solum aliorum suffragia praeterire, verum etiam inconsultis & invitis ceteris iure agere potest.

§. IV.

## §. IV.

*Ad Leges ferendas Superior ſemper & omnino requiritur: in quibus Lex & Pactum differant inter ſe.*

I. CVm igitur nulla eſſe poſſit Lex niſi prius Moralis illa differentia exiſtat inter Legislatorem, eoſque qui Lege obligati tenentur, hominesque in Naturae ſtatu nulla alia Lege quam naturali cohibeantur, manifeſte liquet nullam omnino conſtitutam eſſe Legem ubi nemo ceteris ſuperior: neque accurate exacteque loqui diceretur quiſquis aſſereret conſenſum ſponſionemve inter aequales eſſe proprie dictam Legem,& rem ipſam haud aequa lance perpenderet qui pactum illud ſimpliciſſimum, quod homines ſocietatem ineuntes percutiunt de ratione vitae iuxta maximae partis ſententiam inſtituendae Legem eſſe exiſtimaret, cum nullum ſit pactum quod proprie Lex, vel contra Lex quae pactum dici poſſit.

II. Et ſane inter diverſa Legum genera, quae excogitari poſſunt nulla ſane eſſe mihi videtur, quae aliqua ratione pactum cenſeri poſſit; ſi enim de Divinis Naturalibuſque ſermo ſit, manifeſtum eſt eas a libera ſummi rerum Opificis

§ IV. voluntate manare, atque adeo nullo pacto ab hominibus immutari posse, quod tamen pacti naturae, quod consensu firmatur resolviturque non esse accommodatum perspicue liquet.

III. Civitatum Leges, ac Iura Gentium supersunt, de quibus ad calcem Orationis separatim agere animus est. Si Civitates igitur gigni quodammodo & consistere, ut supra diximus, non posse existimemus, nisi Persona extet aliqua, quae ab unanimi omnium consensu constituta securitatem publicam tueri, bonumque commune comparare ex sententia possit, videtur nullam existere posse Civitatem absque Superiore, atque adeo Civitatis Leges esse potius voluntatem huiusce Superioris rite promulgatam, quam universales Civium sponsiones, quod sane alibi uberius explicare conabimur.

IV. Quamvis enim excogitari posset quaedam hominum manus, quae iuxta certum praescriptarum Legum codicem vivere pacisceretur, istiusmodi tamen societas veluti dissoluta compagine in diversa abeat necesse est, nisi eodem tempore aliquis statuatur, qui ipsas praescriptas Leges explicet, aptet varietati Litium, & auctoritate & vi puniendi contumaces Iurisque violatores sit praeditus. Itaque Persona huiusmodi is

esset

esset Superior, quem in omni Politia bene & sapienter constituta necessarium esse affirmavimus. § IV.

V. Troglodytarum societas, quam nuperrime graphice descripsit alacer ille & subtili ingenio praeditus Gallus, qui Epistolas Persas in vulgus edidit, pulcherrimum figmentum est ludendi gratia conscriptum. Quippe homines qui simul coeant, & una vivant nullis aliis Legibus quam Naturalis Innocentiae, communisque charitatis obstricti, nusquam gentium fortasse extitere, eamque confictam hominum societatem ob id forsan placere posse sapientibus arbitror, quod ibi ad vivum & eleganter depictam vident purissimam illam animorum innocentiam, quam & in seipsis & in aliis sollerti indagine quaeritant semper & nunquam inveniunt.

VI. Et quidem in quovis Reipublicae systemate Persona illa facili negotio dignoscitur, in qua Maiestas, sive summa Potestas sita est, per quam Legibus armatam actiones Civium omnium, quae norma aliqua dirigi possunt, cohibentur & reguntur. Quod autem Leges illae neque pacta, neque sponsiones sint Populi exinde manifeste liquet, quod quisquis in statu Monarchico vivit, consentiat nec ne in Leges illas, quae in Civitate sua feruntur, velit nec ne pacisci de Legibus

§. IV. illis non violandis, attamen constituta Civitate liberae voluntati Monarchae parere tenetur.

VII. Maiestas haec Leges ferens, seu summa Potestas Civilis, quam in Monarchico statu in uno tantum sitam esse diximus, in Optimatibus, si Aristocratice, in universo Populo, si Democratice Civitas administratur, perspicue apparet: quippe in Democratica Republica universi Cives Personam Maiestatis Leges ferentis sustinent, quisque vero per se subditus est. Et licet quisque in iubendis Legibus suffragium ferat in Comitiis, propterea tamen nec sponsio nec pactum Civium universale sunt Leges illae; ferantur enim suffragia necesse est, ut exinde voluntas summae Potestatis emergat, quae iam constituta, & sita est in ipso universo Populo, iubetque, vetat, & permittit, & vim & auctoritatem Legi confert: itaque suffragia illa nil aliud sunt, quam ratio, per quam summa Maiestas re ipsa agit & exercetur [1].

VIII. Quod quidem perspicue patet si animus advertatur ad id, in quo consensus ille Civium, quem praestant in Civitate Democratica cum agitur de ferendis Legibus, differat ab illo, per

(1) *Pufend. Droit de Natur. &c. Lib. 1. Cap. VI. §. 2. Hobbes De Cive Cap. XIV.*

per quem in reliquis conventionibus obligantur: hinc enim nullo obligationis vinculo obstringuntur nisi ubi consensum dederint, inde maior suffragiorum numerus rem totam perficit, & licet inviti pareant oportet; quod quidem manifestum est indicium Legem non consensui vel pacto, sed Superioris voluntati, quae per suffragiorum pluralitatem detegitur, vim suam & auctoritatem acceptam referre. §. IV.

## §. V.

*Multi pactum cum Lege confundunt. Huius erroris origo. Differentiae reliquae inter Pactum & Legem.*

I. GRotius *Francisci Connani* principia de Pactorum validitate refellens scriptum reliquit = Tum vero ratio nulla reperiri potest, cur *Leges, quae quasi pactum commune sunt Populi*, atque hoc nomine vocantur ab *Aristotele* & *Demosthene*, obligationem pactis possint addere, voluntas autem cuiusque hoc omnimodo agentis ut se obliget idem non possit [1] = Exinde patet Gro-



(1) *Lib. II. Cap. XI. §* 1. Vbi opportune *Henr. Cocc.* = Haec ratio non concludit: nam Leges vi Imperii vim obligandi habeat,

§. V. *Grotium* sententiam hanc suam ex Graecis hausisse, exemplum secutus eorum omnium, qui eamdem opinionem amplexi sunt. At neque mirandum Graecos praecipue circa Legum naturam a vero iudicio aberrasse. Ipsis nanque de statu Civitatum loquentibus obiiciebantur ante oculos Respublicae Democraticae, in quibus viventes, Legesque per Civium omnium suffragia iuberi animadvertentes, affirmarunt quoque ipsas Leges nil aliud esse quam publicas conventiones, haud quidem sentientes quod, sublato summo Imperio cuius auctoritate valeant, licet internam aliquam obligationem inducerent, externe tamen, & *πρακτικῶς* nulla prorsus vi praeditae essent.

II. Sic apud Aristotelem [1] Lex Civilis hoc pacto definitur: Νόμος ἐςὶ λόγος ὡρισμένος καθ' ὁμολογίαν κοινὴν πόλεως μηνύων. πῶς δεῖ πράττειν ἕκαςα = *Lex est sermo definitus iuxta communem Civitatis consensum* indicans quo pacto quid cuique agendum sit = Et apud Dionysium Halicarnasseum dicitur [2]: *Συνθήκας εἶναι κοινὰς πόλεων τὰς*

bent, etiam invitis subditis, adeoque argumentum a Lege Superioris ad voluntatem paciscentis non valet = Quod sane confirmat ea quae supra de Pactorum Natura diximus.

(1) *Rhet. ad Alex. Cap. I.* Vid. *Cap. II. & III.*

(2) *Lib. X.*

τὰς νόμους = Leges esse communes Civitatis conventiones = Idem fere asserit *Demosthenes* [1]: Πόλεως δὲ συνθήκη κοινὴ (πᾶς ἐστὶ νόμος). Quod etiam invenies apud *Isocratem* [2], aliosque Graecos [3]. A quibus deinde Legis definitionem acceperunt Iurisconsulti *Papinianus* & *Martianus* [4]. Novissime autem cl. *Leopoldus Andreas Guadagnius* [5] hanc eamdem sententiam videtur amplecti voluisse scribens = Superior ad ius constituendum non semper & omnino requiritur, sic enim prima Lex & simplicissima, per quam homines ex statu Naturali se conferunt in Civitatem, & per quam voluntas maioris partis est omnium voluntas, nihil est aliud, quam consensus inter pares &c. Ita Lex omnis in Imperio populari communis sponsio est Civitatis = Quam ut confirmet sen- §. V.



(1) *Orat. I. advers. Aristogit.* Lycurgus quoque Leges suas vocavit Ῥήτρας; nempe *Pacta*. Vid. *Gronov. ad Grot. Lib. II. Cap. XI.* §. 1. n. 3.

(2) *Orat. advers. Callimach.*

(3) Vid. *Barbeyrac. ad Pufend. l. supra c.*

(4) *Digest. Lib. I. Tit. III. De Legg. Sen. Consult. & long. Consf. L. I. & II.* Quorum alter verba ipsius Demosthenis usurpat *relat. in Corp Iur. l. c.*

(5) *Inst. Iur Civil. Lib. I. Tit. II. De I. N. G. & Civil.* §. 6. *not.* 2.

§ V. sententiam iisdem fere Graecorum auctoritatibus utitur, quas paulo ante exscripsimus.

III. At circa consensum illum praecipue, quem praestant homines cum a Naturali statu in societatem coeunt, & quem Legem omnino esse volunt, praeter ea quae supra diximus, etiam quae sequuntur addi possent. Finge igitur animo partem aliquam eorum hominum, qui se in Civitatem conferre, & Personam illam statuere, in qua summa Potestas sita esset, spoponderant, iam stare promissis nolit. Haec fidei violatio nullum aliud ius ceteris dabit, quam quod a violatione naturalium obligationum datur, neque alio pacto animadverti poterit in foedifragos nisi per Bellum. Durat igitur adhuc Naturae status, ubi cum nemo sit, qui Leges ferre possit, sponsio illa hominum, qui in Civitatem coire gestiunt, simplex est merumque pactum; tunc vero tandem Leges esse aliquae incipiunt, cum Principis Maiestas est constituta. Quapropter manifeste apparet Maiestatem Principis, vel Superiorem omnino necessarium esse ut Lex aliqua constituatur, quippe eo sublato nullis aliis obligationibus praeter naturales affici homines nefas est [1].

IV.

(1) Vid. *Pufend. Lib. I. Cap. II. §. 8.*

IV. Ceterum *Hobbesius* [1] etiam eamdem illam definitionem *Aristotelis*, quam impropriam diximus animo cogitans, alias quoque differentias inter Legem & Pactum enumerat, scribitque = Confundit ergo pacta cum Legibus, quod non oportuit: est enim pactum promissum, Lex mandatum, in pactis faciam dicitur, in Legibus fac, pacto obligamur, Lege obligati tenemur [2]; in pacto prius determinatur quid faciendum est, quam ad faciendum obligamur, sed in Lege ante obligamur ad faciendum, quid vero faciendum sit determinatur post [3] = Quae sane magis magisque superioris confirmant necessitatem ad Legem constituendam. § V.

## §. VI.

### *De Sanctione poenali.*

I. ET quidem Legis essentiae est, ut poenali sanctione muniatur, poena scilicet aliqua, quae constituta sit Legis eiusdem

(1) *De Civ. Cap. XIV.*

(2) *Vid. Not. eiusdem ad h. l.*

(3) Huiusmodi differentias ita veritati consentaneas existimavit Pufendorfius, ut Hobbesii verba adamussim excripserit. Vid. *Barbeyrac. ad Pufend. Lib. I. Cap. VI.* §. 2.

§. VI. iusdem violatoribus ; quamvis enim Legislatoris voluntas satis sit per se ut subditos obliget, externe tamen nulla vi praedita esset, quippe cui nefas omnino ad obedientiam impellere & cogere homines, qui tunc iussa facere consueverunt, cum probe intelligunt aliquod malum poenae contumacibus certo imminere [1]. *Cumberlandius* [2], qui diversam sententiam tuetur a *Pufendorfio* [3] egregie refellitur, nec meum est hic loci rem ipsam uberius explicare [4]. Quapropter habitae sunt imperfectae ab omnibus Leges Cincia [5], & Valeria [6] & Lex Periurii a Cicerone memorata [7], multaeque etiam a *Zaleuco* latae, quas *Diodorus*

(1) = Ius pro Lege acceptum obligatione potissimum aestimatur. Habet enim hoc omne ius ut obliget. Obligatio autem illa semper refertur ad aliquam poenam violationi Iuris aliunde imminentem = *Boecl. ad Grot. Lib. I. Cap. I.* §. 9.

(2) *Loix Naturell. Proleg.* §. 14. *&* *Cap V.* §. 40.

(3) *Lib. I. Cap. VI.* §. 14. Vid. *Hobb. Cap. c.* §. 8.

(4) Leges etiam Naturales poenali sanctione praeditae sunt. Vid. *Burlam. Princip. du Droit Natur. Cap. XIII. per tot. Pufend. Lib. c. II. Cap III.* §. 21. *Boecler. Praef. ad Grot. p. m.* 10.

(5) *Macrob. in Somn. Scip. Lib. II Cap. XVII. Tacit. Hist. Lib. XI. Cap. V. Schulting Iurispr. Anteiust. Comment. ad L. Ciciam Cap. III.* §. 9. *&* *seqq.*

(6) *Tit. Liv. Hist. Lib X. Cap. IX.*

(7) *De Legg. Lib. II. Cap. IX.*

*rus Siculus* retulit: nisi dicendum sit infamiam, dedecusque poenam esse violatoribus constitutam, ut innuere videtur ipse *Diodorus* his verbis [1]: Οὐδεὶς γὰρ ἐβούλετο τὴν αἰσχρὰν κόλασιν ὁμολογήσας καταγέλαστος ἐν τοῖς πολίταις εἶναι. §. VI.

II. Itaque si ad essentiam Legis pertinet Sanctio poenalis facili negotio intelligitur ubi nullus adest Superior ne ullam quidem poenae sanctionem esse posse, (deest enim qui eam decernat) atque adeo ad eam constituendam semper & omnino Superiorem requiri.

## §. VII.

### *Fere omnes qui Leges pertractarunt Superioris necessitatem agnovere.*

I. QVae quidem tam perspicue apparere omnibus visa sunt, ut fere omnes privati publicique Iuris periti nullam omnino Legem definierint nisi exorsi a promulgata Superioris voluntate.

II. *Pufendorfius* [2], *Barbeyracius* [3], *Hobbesius*

(1) *Bibl. Lib. XII. Cap. XXI.*

(2) *Droit de Natur. &c. Lib. I. Cap. VI. §. 3. De Off. Hom. & Civ. Lib. I. Cap. II. §. 2.*

(3) *Ad haec l. uberrime.*

§. VII. *sius* [1], ambo *Coccei* [2] ubicunque de Legibus verba fecerunt nunquam superiorem aliquem, qui eas ferat, omisere. *Nicolaus* vero *Gundlingius* [3] uti axioma firmissimum statuit = Qui legem cogitat superiorem in mente habet = Quid de *Samuele Christiano Hollmanno* dicam? Is nempe peculiarem Dissertationem ad id consecrat, ut ostendat nullam omnino esse posse Legem nisi Superior adsit eam ferens, *&* *pag. XI.* addit = Ut enim taceamus Leges proprie dictas absque Legislatore & Superiore quodam communi nec esse, nec cogitari posse, &c. = [4] Eadem habet *Hoffmannus* [5], eamque amplectitur definitionem Legis Naturalis, quam scripsit Cicero in omissis Libris *de Republica* apud *Lactantium* [6].

III. Plerosque tamen, qui Commentarios *Pufen-*

(1) *De Civ. Cap. c.* §. 14. *& seqq.*

(2) *Henr. ad Grot. Lib. II. Cap. XI.* §. 1. *n.* 3. & saepe alibi. *Samuel. Introduct. ad* Grot. *Cap. VI.* §. 56. ubi definitionem Legis Naturalis addens ait = Negato igitur Deo nullum concipi potest Imperium, nullus Superior, adeoque nulla Lex, nullumque praeceptum.

(3) *De I. N. & G Cap. IV.* §. 17.

(4) *Iurispr. N. Prim. Lin. Op. Maior. Prodr.* Vid. *Cap. I.* §. 2. *& Cap. II.* §. 41. *& seqq.*

(5) *De Rep. Lib V. Cap. II. p. m.* 251.

(6) *Divin. Instit. Lib. VI. Cap. VIII.*

*fendorfio* & *Grotio* addiderunt libentiſſime prae- §. VII.
tereo, at non omittendus eſt *Burlamaquius*, qui licet eamdem opinionem tueatur, cenſet tamen plures dari obligationis gradus, humanamque rationem per ſe in Naturali ſtatu poſſe aliquem obligationis gradum inferre [1]. At ſi rem ipſam accurate ſcrutari, proprieque loqui velimus, liquet rationem, licet ſit, vel eſſe poſſit Regula humanorum actuum, nunquam tamen facultate praeditam eſſe obligandi vel cogendi liberam hominis voluntatem, niſi proponatur Lex Naturalis, quae ipſi rationi obtemperare iubet [2]: eam nempe in ſtatu Naturae quid ſimile dicerem praeconis voci in Civili ſtatu: nam ſicut illa per ſe nullo pacto audientes Cives obligat, niſi habita ratione voluntatis Principis, ſic in Naturali ſtatu Rationem ideo aliquam hominibus impoſituram obligationem apparet, quia Summus rerum omnium Arbiter hoc veluti Legis ſuae praecone utitur.

IV. Itaque licet etiam ipſi *Burlamaquio* conce-

ce-

(1) *Princip. du Droit Natur. P. II. Cap. VII. & VIII.* §. 3.

(2) = Certum enim eſt rationem non dari niſi per imperium & obligationem, adeoque Iuris Naturalis rationem ſine Imperio & indicatione Supremi Numinis in dictamine rectae rationis, & per illud nullam eſſe = *Boecler. Praefat. ad Grot. p. m.* 7. Vid. *Selden. De I. N. & G. Lib. I. Cap. VII. & VIII.*

§. VII. cedatur rationem aliquam obligationem imponere posse, ipse contra concedat oportet id fieri tantum ob vim Naturalis Legis; sublato autem Superiore, qui iubeat ut rectae rationi obtemperetur, obtinere toties decantatum illud: *Video meliora proboque, deteriora sequor*, impune quidem, quoniam libera voluntas nullo obligationis vinculo coercetur.

V. Praetereo Definitiones Legis Civilis a Romanis Iureconsultis adornatas, eae enim & omnibus manifeste patent, & iam supra diximus societates omnes ita constitutas esse ut sit Superior, ad quem primum potissimumque Ius pertinet Legislationis.

VI. Perspicue igitur apparet tum ex ratione ipsa, tum ex sapientum consensu nullam omnino esse posse Legem, quae fraenum aliquod liberae voluntati iniiciat, nisi Superior sit a quo imponatur. Videamus nunc an sententiae huic nostrae obiecta aliqua in medium proferri possint.

§. VIII.

## §. VIII.

*Obiectionibus occurritur, ubi de Iure Gentium voluntario.*

I. PRimum igitur qui diversa sentiunt obiicient fortasse summum rerum Opificem quamvis nemine inferiorem, tamen quodammodo suis obnoxium esse Legibus, iuxta quas externam dirigit voluntatem; quapropter Lex est illi immutabilis, ut verax omnino sit, neque mendacium unquam loqui possit: Lex illi eodem pacto immutabilis, ut iustus sit, atque adeo, aeternae sint nec ne Iusti & Honesti notiones, ipse licet nullius voluntati obnoxius ab Iustitiae tamen regulis minime aberrare posset. Non videmur igitur vera praedicare cum dicimus necessarium omnino esse Superiorem ut aliqua statuatur actionum regula, quae obligationem imponat.

II. Verum facili negotio istiusmodi obiectio diluitur; quandoquidem in summo rerum Arbitro veritas ipsa & Iustitia non ab aliqua iubetur Lege, sed est essentiale attributum divinae Naturae, quae his sublatis corrueret. Posito enim quod Deus omnimoda praeditus sit perfectione, Veritas & Iustitia nec esse, nec dici possunt Leges, quae divi-

§ VIII. divinae voluntati nullis limitibus circumſcriptae fraenum imponant, at potius nil aliud reipſa ſunt, quam *Relationes*, ut aiunt, vel conſequentiae neceſſariae, quae a primo illo perfectionis attributo ſponte manant; ita ut Iniuſtitia & Mendacium in ſummo Numine, ut Metaphyſici loqui ſolent, contradictionem involverent. Quod ſi infinita finitis, & increatas res creatis componere fas eſt, dicimus etiam materiam hanc habere Legem, ut figura aliqua praedita ſit, Lex autem iſtiuſmodi, ſi proprie loquimur, nil aliud eſt, ut ſupra monuimus, quam neceſſarium attributum, quod ab ipſa natura rei creatae protinus deducitur.

III. At ſi ad Legem quamcumque conſtituendam Superior ſemper & omnino eſt neceſſarius, quid de Iure Gentium dicemus, quo populi omnes reguntur inter ſe, quamvis adhuc in ſtatu Naturae ſint, nec ullum habeant ſuperiorem?

IV. Antequam obiectioni iſtiuſmodi occurram, quae maximi facienda videtur, liceat nonnulla praemittere, ſine quibus ratiocinium inſtituere abſque errandi periculo nefas eſſet omnino.

V. Primum igitur animadvertatur oportet me, in iis omnibus de quibus verba faciam circa obiectionem in medium prolatam, locuturum ſemper

per de summo Iure, nec tamen regulas Utilis & Decori ullo pacto immisturum, quippe quae originem, subiectum, & obiectum habent a rigida summaque Iustitia omnino diversum, fontesque veluti sunt, a quibus tum Politicae tum Morales doctrinae emanant; quae sane res quid postulent, quid ferant in praesens attendere non est animus. Quamvis enim perspicue & evidenter etiam alicui demonstrare possim expedire & decere, ut reo alicui ex. gr. parcat, qui summi Iuris respectu mortem meruit, attamen evidens haec demonstratio nullam proprie dictam obligationem imponet, ipse autem si lubido ferat, tuta conscientia, reum illum mortis damnare poterit: Decorum nempe & Utile exinde apparet nunquam parere Iura perfecta, quae tantum respicienda sunt cum de Legibus verba fiunt. § VIII.

VI. Et quoniam iam inde a ducentis annis de Iure Naturae & Gentium differitur, neque adhuc de Definitione pervulgati huius Iuris Gentium convenit inter omnes, necesse est ut quid decernendum sit statuatur, ne post longas sermonum ambages frustra laborem subiisse doleamus.

VII. Attamen non ego is sum, qui Legentium attentionem fatigare velim referens varias Scriptorum Sententias de Natura Iuris Gentium;

§. VIII videtur enim, quidquid ceteri dictitent, id omne quod mihi de hac re differenti objici potest, necessario inniti debere Iuri illi voluntario Gentium, quod ab usu populorum omnium, vel saltem cultiorum auctoritatem suam accipit, longaque & perpetua Gentium consuetudine vim Legis acquirere dicunt. Hoc posito sequitur Legem reipsa esse posse aliquam sine Superiore, meque adeo frustra hactenus disseruisse; quandoquidem Gentes, inter quas nulla est altera superior, eosdem actus diu constanterque repetentes, Legem proprie dictam constituere potuerunt.

VIII. Itaque principiis ipsis, quibus sermo inniti debet probe constitutis, cum *Grotius*, qui primus hanc Gentium voluntariam Legem invexit, undique a summi ingenii Iureconsultis refellatur egregie, nec ipse velim eadem rursus exscribere, animus est ipsa naturalis rationis principia depromere, & quid ordine & sponte sua consequatur in medium proferre. Non invitus etiam adversariorum sententiae subscribam, dummodo qui veritatem naturamque rerum felicius detexerunt me in errore versari perspicue ostendant; nam & refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia sum paratus.

IX. Primum igitur cum tam audacter nonnulli

nulli afferunt confuetudinem aliquam, fi diu inter § VIII.
omnes, vel faltem cultiores Gentes obtinuit, vim Legis acquirere, mihi videntur inconfultius transferre Legum Civilium regulas ad eos actus hominum, qui adhuc in ftatu Naturali vivunt; nam nihil eft a veritate magis alienum, quam quod cum agitur de hominibus, qui adhuc funt in primae originis ftatu, confuetudo per fe vim Legis acquirat, atque adeo obligare poffit. Quod fi rem ipfam diligentiori examine perpendiffent qui haec tam audacter dictitant, facili negotio intellexiffent confuetudinem ne in ipfis quidem Civitatibus per fe vim Legis habere, fed auctoritatem omnem Principi, vel Maieftati acceptam referre; ipfe enim Superior putatur & noviffe, & pati, & permittere eam confuetudinem, ipfique eam vim adjicere per tacitam voluntatem, ut deinceps veluti Lex habeatur.

X. Quod quidem fic opportune & dilucide confirmat *Barbeyracius* [1] = Si entre ceux, qui font membres d'un même état la coûtume acquiert fouvent force de Loix, c'eft qu'il y a ici un Superieur, qui lui donne cette vertu par une

 vo-

(1) *Ad Pufend. Lib. II. Cap. III.*

„VIII. volonté claire, quoique tacite [1] = Tunc vero licet nonnulli morem qui invaluit nunquam sequuti sint, licet etiam actu ipso consuetudinem illam se respuere edixerint, attamen eodem pacto ac ceteri obligantur, non quod vis inveterati moris id per se expostulet, sed quod tacita summi Imperantis voluntas vim Legis addit.

XI. Apparet igitur veteres mores, longamque consuetudinem tunc obligare posse homines, cum est Superior aliquis, atque adeo eos qui putant Ius hoc Gentium voluntarium inniti potissimum moribus & consuetudini Populorum id ut verum statuere quod adhuc quaeritur, nempe an reipsa consuetudo per se Ius comparare possit sine tacita alicuius summi Imperantis voluntate, quod quidem perspicue demonstrare nefas est. Exinde igitur liquet quod, cum nemo sit universarum Gentium inter homines arbiter, aut nulla alia est praeter Naturalem Legem Populorum Regula, aut siqua a longa consuetudine obligatio exoritur, ea a diversis omnino caussis vim & originem repetit.

XII.

(1) Vid. *Grot. Lib. II. Cap. IV.* §. 4. *n.* 4. Nec praetereundus est laudatus *Leop. Andr. Guadagnius* qui perspicua brevique methodo doctrinam de consuetudine explicat, affirmatque *consuetudinem a summo Imperante auctoritatem consequi. Lib. C.* §. 38. *pag.* 132.

XII. Et quidem *Grotius*, qui primus Legem hanc voluntariam invexit, asseruit mores & consuetudines populorum nil esse aliud, quam medium eam Legem cognoscendi, auctoritatem vero & vim ipsius sitam esse in mutuo tacitoque Gentium consensu. Quoties igitur Gentes frequenter, diu, constanterque fecerint id quod nec iubet nec vetat Lex Naturae, tunc, ait, tacite pactos esse inter se existimatur, ut deinceps idem inviolabili fide servent, ac propterea per pactum illud revera obligari [1]. § VIII.

XIII. Ex his quae breviter circa Naturam Iuris Gentium exposui deducitur primum nullum effingi posse argumentum, quo sententia mea destruatur; nam si Ius Gentium obligat vi taciti populorum consensus manifeste apparet Ius istiusmodi nil aliud esse quam simplex merumque Pactum, quod a Lege Naturae vim suam repetit [2], atque adeo Gentes, quibus nullus est inter ho-



(1) *Grot. Proleg.* §. 17. 46. *Lib. I. Cap. I.* §. 14. *n.* 2. *Lib. III. Cap. IV.* §. 19. *n.* 1. *Cap. II* §. 9. *n.* 2.

(2) = A quoi il faut ajoûter encore que toute la force de cette espéce de droit des Gens dépend en dernier ressort de la Loi Naturelle, qui ordonne, que l'on soit fidêlle à ses engagemens = *Burlam. Princip. du Droit Natur. Part. II. Cap. IV* §. 9.

§. VIII. mines Superior, Legem aliquam non condere, ſed ſe tantum iuxta Legis iuſſum obligare. Itaque etiamſi detur Ius eſſe aliquod Gentium voluntarium, nulla tamen Lex proprie dicta poteſt ſine Superiore conſtitui.

XIV. Sed ut extra omnis dubitationis aleam res ipſa appareat nonne tandem celebrem hanc de exiſtentia Iuris huiuſce Gentium voluntarii controverſiam dirimere ſine audaciae nota fas eſſet? Nonne tandem aſſerere liceret nullum revera eſſe Ius Gentium, neque permittendum ullo pacto, ut actus Imperantium regula tam inconſtanti praeſcribantur, conſuetudine ſcilicet Gentium & teſtimoniis Hiſtoricorum, qui Populorum res geſtas conſcribentes nunquam ſane exiſtimarunt ſe hoc pacto Leges daturos Maieſtati Principum, fraenumque impoſituros Imperantium omnium liberae voluntati? Nonne ſtatuatur tandem oportet Gentes inter ſe nulla alia Lege detineri praeter Naturalem, quae & conſtans & perpetua eſt, & ſtatui ipſorum accommodatior? Nonne ita privatae publicaeque res Gentium rubuſtiore fulcimine munirentur? Sic ſane plerique omnes Publici Iuris Magiſtri [1] exiſtimarunt: parvumque nu-

(1) *Hobb. de Civ. Cap. XIV. Pufend. Lib. II. Cap. III. §. 23. Bar-*

numerum eorum praetermittentes, qui nullo adhibito examine in *Grotii* Sententiam iverunt[1], asserere possumus cum cl. *Barbeyracio*[2], qui tanto labore tantaque ingenii vi quaestiones huiusmodi scrutatus est, nullum omnino esse Ius Gentium voluntarium putasse eos omnes, qui *ont étudié ces matières avec quelque soin & sans prejugé*. Si quis autem hanc sententiam arguere vellet, utpote quae res salutemque Populorum destrueret id responderem, quod olim scripsit *Pufendorfius* ad *Samuelem Rachelium*, qui eo timore corripiebatur = Tout cela ne dépend point des coûtumes, dont on vient de parler, mais de l'observation du Droit Naturel, principe beaucoup plus solide, & plus respectable. Si on en §. VIII.

 suit

*Barbeyr. ibid.* & abunde in *Not. ad Grot. & ad Bynckersh De For. Legat. Titius Observ. in Pufend.* 91. *n.* 14. *Buddeus Elem. Philosoph. Pract. pag* 206. *e* 207. *Hertius Opusc. & Comment. Tom. I. Dissert. de Lytro Sect. I. & II. Burlamaquius Droit Natur. Part. II. Cap. VI.* §. *VIII. & seqq. Samuel. Cocc. Introduct. ad Grot. Dissert. IV. per tot. & in not.* abunde *plur. loc. Gundling. Ius N. & G. Cap. I.* § 69. *Hollman. Iurispr. Natur prim. lin. Part. I. Cap. II.* §. 72. *& seqq. Boecler. ad Grot. Lib. I. Cap. I.* §. 14. *p.* 166. *& seqq. Bynckersh. Quaest. Iur. Publ. Lib. I. Cap. I.*

(1) *Seldenus, Rachelius, Maevius, Kulpisius, Vitrarius, &c.*

(2) *Not. II. ad Pufend. l. c.*

§. VIII. suit bien les Regles, le Genre humain n'aura pas grand besoin de ces sortes de coûtumes. D'ailleurs en fondant une coûtume sur les maximes du Droit Naturel, on lui donne une origine beaucoup plus noble, & une autorité beaucoup plus grande, que si on la faisoit dépendre d'une simple convention des peuples [1] =

XV. Et quidem nemo, qui rem ipsam sedula opera funditusque perpenderit inficiabitur eos qui adversam sententiam tuentur maximis involvi difficultatibus, cum hoc Ius Gentium voluntarium perspicue demonstrare satagunt: quippe cum perpetua Populorum consuetudo esse debeat medium vel principium cognoscendi consensum illum tacitum, quem Gentes praestasse dicunt, de eadem constantique agendi ratione, ea necessitate detinentur, ut evidenter ostendant quemdam actum diu, frequenterque, nulloque unquam contrario more interpellatum inter omnes Gentes invaluisse. Quod quidem factu difficillimum est, nam ex Historiis quae supersunt apparet mores consuetudinesque quam saepissime homines immutasse, Bellumque, ubi potissimum praeclarum illud Ius plurimum valere dictitant, nunquam eadem ratione tractatum esse. Quippe si quis Graecorum Romano-

(1) *Lib. II. Cap. III.* §. 23. Vid. *Hert. Dissert. c. De Lytro.*

norumque mores cum nostris hisce praesentibus §. VIII conferre vellet, toto coelo distare inter se facili negotio intelligeret. Animadverteret enim apud eos fas fuisse Virgines per vim comprimere [1], impune res hostiles tum Sacras, tum religiosas [2] vastare, captos in servitutem redigere, sine modo [3] hostes omnes, captos, supplices, deditos [4], feminas, infantes, advenasque [5] interficere, & id genus alia efficere, a quibus praesens morum nostrorum continentia merito abhorret.

XVI. Quae quidem & ipse *Grotius* animo repetens, & probe intelligens nefas omnino esse Ius aliquod statuere, quod ab unanimi perpetuaque Gentium omnium consuetudine vim acciperet, Ius illud suum voluntarium bifariam divisit, primumque *universale* vocavit, illudque esse dixit, quod inter omnes Gentes, aut saltem inter moratiores cultioresque obtinet, alterum autem proprium esse voluit tantum quarumdam Gentium, & inter eas tamquam ex condicto valere, ita

(1) *Grot. Lib. III. Cap. VIII.* §. 1. *n.* 2.
(2) *Id. Lib. c. Cap. V.* §. 1. *n.* 2.
(3) *Ibid. Cap. XVIII.* §. 1. *n.* 2.
(4) *Ibid. Cap. VII.* §. 3. *n.* 1.
(5) *Id. Lib. II. Cap. XIV.* §. 2. *n.* 1; *Lib. III. Cap. IV.* § 9. & 10.

§. VIII. ita ut esse posset apud diversos populos diversum, aliudque esset ex. gr. Ius Gentium Europaearum, aliud Afrorum, utrobique tamen obligationem imponeret [1].

XVII. Si igitur variae Gentes, cum diu frequenterque eosdem actus repetunt, legitimi Iuris Regulam inter se constituunt, facile exinde eveniet, ut barbari ferique mores inter homines invehantur. Quippe ex praeteritorum temporum historia apparet, per quemdam tacitum consensum potuisse olim homines Iure Piraticam exercere, & bona & res ut libebat illarum Gentium praedari, quae nullam inter se praecipuam societatem coniunxerant; videtur etiam olim licuisse invicem armis veneno infectis uti [2]. Quod si Africanae Gentes id moris inveherent, ut ex. gr. Virginibus hostium captis vim inferrent, vel supplices deditosque interficerent, ut alias inter Gentes invaluit, dicendum ne esset vim & interne-cio-

(1) *Grot. Lib. III. Cap. IV.* §. *15. 16. 19. Proleg.* §. 42. 43. *Lib. I. Cap. I.* §. 14. *Lib. II. Cap. VIII.* §. 1. n. 2.

(2) *Virg. Lib X. V.* 139.

Te quoque magnanimae viderunt Ismare Gentes
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.

Vid. *Not. 15. Abb. Des Fontaines ad h. l.*

tionem huiusmodi esse Iura Gentium, quibus § VIII.
omnes tenerentur? Attamen ex natura caussaque *Grotiani* illius Iuris sponte flueret immane hoc absurdum; quapropter videtur praecipuam Regulam, qua res omnium Gentium diriguntur, huic instabili fundamento inniti nullo pacto debere, atque adeo tandem statuendum esse nulla alia Lege praeter naturalem teneri Populos inter se. Si vero mores consuetudinesque Gentium sedula opera ad examen revocaveris, cum ipso cl. *Burlamaquio* fatearis oportet = qu'on ne peut se dispenser d'en revenir toujours au Droit Naturel, & seul vraiment universel, pour juger si les usages établis entre les Nations peuvent avoir quelque effet obligatoire [1] = Igitur manifeste liquet innoxios mores, qui tamen ab ipsa Naturae Lege originem non repetunt, diu frequenterque a cultioribus Populis usurpatos, tamdiu Gentes probaturas, quamdiu & ipsis opportunum videtur, & mores illos iam se non velle sequi declarant: unusquisque scilicet Populus summum perfectumque Ius

(1) *Lib. c. Part. II. Cap. VI.* §. 8. *n.* 3. *supra vero ibid. n.* 1. haec habet = Toutes les Nations sont les unes à l'égard des autres dans une indépendance, & une égalité naturelle. Si donc il y a entre elles quelque Loi commune elle ne peut venir, que de Dieu leur commun souverain =

§. VIII. Ius Naturae postulare ab alio potest, cum id sibi expedire existimat [1].

XVIII. Et quidem licet quae usque adhuc in medium protulimus veluti indicta haberentur, cum supra ostenderimus consuetudines, moresque Gentium ob id tantum obligationem inducere, quod Populi per quoddam tacitum pactum ratos eos habere existimentur, qui adversam defendunt sententiam perspicue doceant oportet Gentes cum aliquem actum diu in frequenti usu habuere, id egisse potissimum ut se vinculo legitimi Iuris obligarent. Itaque cum ex supradictis pateat consuetudinem quamvis longam frequentemque inter homines, qui adhuc in statu Naturali agunt, nunquam vim Legis acquirere, simplicemque nonnullarum Gentium usum non sufficere ad declarandum Imperantis animum, qui deinceps iis moribus veluti Lege teneri velit, manifeste liquet consuetudinem quamcumque licet iamdiu usurpatam numquam obligationem legitimam & proprie dictam imposituram = De cela seul, *opportune inquit Barbeyracius*, que plusieurs peuples ont pendant un long tems agi entre eux d' une certaine maniére par rapport à telle, ou telle affaire il ne

(1) Vid. *Burlam. l. c. n. 4. Pufend. Lib. II. Cap. III. §. 22. ibique Barbeyrac.*

ne s'en suit point, qu' ils se soient imposés la §. VIII.
néceffité d'en user de même à l'avenir. S'ils l'on fait par le passé, c'est qu' ils l' ont voulu; du moment qu'ils ne le trouveront plus à propos ils peuvent tous en général, & chacun en particulier se conduire à cet égard d'un autre maniére, qui leur paroitra plus avantageuse [1] =

XIX. Quapropter si in aliqua earum Legum, quas ipsi ad Ius Gentium voluntarium referunt Populus quidam diceret se, quamvis consuetudinem illam diu passus fuerit, nunquam id egisse animo coercendi Libertatem vinculo obligationis, atque adeo se ab alio postulare summum Naturae Ius, quis Iudicis partes in hac contentione sumpturus? Quis illum mentiri demonstraturus? quisve damnaturus veluti reum?

XX. Dixerint fortasse ita agentem Populum Regulis Prudentiae, decori, liberalitatis, uno verbo virtuti alicui defuisse, quae neque perfectam obligationem parit, neque ullum Ius proprie dictum alteri comparat, ut alterum veluti reum actione conveniat. Atqui nos de summo Iure verba facimus, differimusque de perfectis obligationibus, quibus si quis deest, fit obnoxius paenae, videlicet in statu Naturae Bello.

XXI.

(1) Supra not. c.

§ VIII XXI. Cum igitur nulla consuetudo sit, quae Iure populos obligare possit, nefasque omnino sit ostendere eos tacite inter se consensisse de iis rebus, quas ad Ius Gentium voluntarium referunt, necesse est, ut Imperantium actus inter se ab uno tantum Iure Naturae dirigantur.

XXII. Cum vero haec assero non is sum, qui velim ut actus Gentium inter se primo illi simplici, materialique Iuri Naturae innitantur, quod ego in ipso Orationis exordio Naturae rerum *Attributa necessaria* appellavi, quippe nomine Iuris Naturae illud intelligo, quod et Naturae Humanae proprium, & a Rationis lumine ita detectum est, ut homini sit conveniens, postquam in aliquam Societatem coivit, summamque constituit Potestatem, quae commune Bonum nomine Populi certis Legibus administret: quod sane Ius recte dixeris *Legem Naturae Hypotheticam*, utpote quae factum aliquod humanum supponit.

XXIII. Simplex haec Naturalis Legis distinctio diversis hominum statibus aptata illa eadem est, quam olim Romani Iurisconsulti praestantissimi usurparunt: nam ne ipsi quidem hoc Ius admiserunt voluntarium, quod ab unanimi Gentium consensu originem duceret, nomine autem non re distinctio Romanorum a nostra differt. Leges enim

enim illae, quas ego *Attributa rerum necessaria* dixi, ab iis simplici Iuris Naturae nomine indigitatae sunt, eas vero, quas ego *Hypotheticas Leges* appello, Ius Gentium dixere; ut nempe ostenderent primas esse proprias uniuscujusque rei creatae, alteras autem hominis tantum, qui unus sociabilis, & ratione praeditus est; cum vero eadem sit omnibus hominibus ratio, ideo ubique Gentium Leges illae sanctae custodiuntur. § VIII.

XXIV. Dixere igitur = Ius Naturae est quod Natura omnia animalia docuit, nam Ius istud non solum humani Generis proprium est, sed omnium animalium, quae in terra marique nascuntur, avium quoque commune est [1]. = Vnde liquet eos homini velut animali Ius Naturae, Ius vero Gentium homini, ut ratione praedito, & in Societate constituto aptasse; definitionem enim Iuris Gentium usurparunt huiusmodi = Quod naturalis Ratio inter homines constituit, id apud omnes ho-

(1) *Ulp. L. I. ff. De Iust. & I. Princ. Inst. h. t. Videsis Theophil. in Princ. Instit. De Iust & I. Winkler. Princ. Iur. Lib. I. Cap. VI. & Lib. II. Cap. V.* qui uberrime Ulpiani definitionem exponunt. At a multis etiam tum Graecis, tum Latinis Scriptoribus hac significatione usurpatum est Ius Naturae. *Vid. Macrob. Saturn. Lib. VII Cap. ult. Plut. in Vit. Camill. Demosth. advers. Aristog. Senec. Epist. Lib. IV. Cicer. Lib. III. De Finibus &c. & de Clement. Lib. I. Cap. XVIII.*

§ VIII homines peraeque custoditur, vocaturque Ius Gentium, quasi quo Iure omnes Gentes utuntur [1] = Dicunt praeterea eam Legem totius humani generis propriam, & cum eo ipso natam esse [2]: & quamvis Tribonianus ad turbandas facile res paulo propensior videatur asserere homines ipsos sibi leges quasdam condidisse *usu & necessitate exigente*, & ipsum tamen locutum esse de Iure Gentium sub eadem significatione iam supra dicta mentem eius probe assequentibus apparet.

XXVI. Is nempe in definiendo Iure Gentium eadem verba Caii [3] usurpat, scilicet = Quod naturalis Ratio inter homines constituit id vocatur Ius Gentium = exinde addit = Hoc Ius Gentium omni humano Generi commune est = hic loci vero docet = quod usu exigente & humanis necessitatibus gentes humanae iura quaedam sibi constituerunt [4] = Id autem asserit καταχρηστικῶς, non quod homines sponte quasdam Leges constituerint, at quod Leges quasdam omnes unanimi consensu servaverint Rationis lumine ducti, quae sane omnibus eadem & communis, eas post fa-

(1) *Caius in L. IX. ff. De I. & I.*

(2) *Vlp. in L. I. §. 4. ff. De I. & I. Caius L. I. ff. De Acquir. R. D. & Vlp. L. 1. ff. eodem.*

(3) *In L. IX. cit. Princ. Inst. §. I. De I. N. & G.*

(4) §. 2. *l. c.*

factum humanum, nempe post constitutam Societatem, necessarias omnino esse docuit. Hinc factum est, ut hoc Ius hypotheticum omni humano Generi commune, a Naturali ratione introductum, constans & immutabile dixerint. Vnde apparet Tribonianum nomine Iuris Gentium intellexisse illud idem quod ceteri Iurisconsulti, qui intelligentes Leges illas, quae a Naturalis Ratione originem ducunt, meras simplicesque Leges Naturae esse, nominibus *Iuris Naturae & Iuris Gentium* sub eadem significatione promiscue usi sunt. §. VIII.

XXVII. Dicunt igitur aliquando *Incestum* prohiberi *Iure Gentium* [1] aliquando vero *Iure Naturali* [2], acquisitionem *Iure ventris* alibi *Iuris Gentium* [3] esse, alibi *Iuris Naturae* [4]. Asserunt mare commune esse *Iure Naturae* [5], in eodem vero Titulo id esse docent *Iure Gentium* [6]. Vnde manifeste liquet Iurisconsultos Romanos utrisque Legibus eamdem significationem aptasse.

I XXVIII.

(1) *L. pen in fin. De Rit. Nupt.*
(2) *L. XIV. § 2 ibid.*
(3) *L. XVIII. & XIX. De Rer Divis.*
(4) *L VII. ff. De A. R. D.*
(5) *L. II. §. 1. De Rer. Div. §. 5. Inst. eod.*
(6) *L. IV. De Rer. Divis. & §. 4. eod.*

§ VIII XXVIII. Hinc etiam fit, ut apud aureos Latinos Scriptores Ius Naturae, & Gentium veluti Synonima usurpentur, ut est apud Ciceronem = Neque vero hoc solum *Natura, id est Iure Gentium* constitutum est, ut non liceat sui commodi caussa nocere alteri [1] =

XXIX. Licet igitur jam e medio tollere celebrem illam divisionem, qua fere omnes in exponendis Legibus Romanis utuntur, quod scilicet aliud sit Ius Gentium *Primarium* aliud *Secundarium*, quandoquidem *Triboniani* de hac re probe intellecta sententia eadem est, ac ceterorum Iurisconsultorum, & manifeste praeterea apparet nullum Ius esse voluntarium ab unanimi Gentium consensu constitutum, atque actus Populorum inter se simplici Rationis lumine, Lege scilicet Naturali aestimandos esse. Quod quidem facili etiam negotio expediri potest; si enim animus advertatur ad ea omnia, quibus Populi teneri inter se Iure Gentium dictitant, haec sane vel ab ipso Naturali Iure, vel a Civilibus Legibus originem repetere, vel futilibus infirmisque inniti hypothesibus perspicue apparebit, uti jam circa multa errores detexerunt *Pufendorfius*, *Barbeyracius*,

& ad

(1) *De Off. Lib. III. Cap. V. Vid. Becler. ad Grot. Lib. I. Cap. I.* §. 14.

& ad h. L. & ad L. *Bynkerfoekii*, *Titius*, *Bud- daeus*, *Hertius*, *Samuelque Coccejus*, quos omnes fupra retuli. Quod autem dictitant hoc Gentium Ius voluntarium obtinere potiffimum in bellis, id effe omnino falfum, cum de *Licentia in Hoftem* differui, demonftraffe mihi videtur; exinde enim apparet Iura omnia legitima Majeftatis in Bello per fimplex Rationis lumen oftendi poffe. § VIII.

XXX. Itaque mifere nimium religiofi funt, qui timent ne Populorum falus remoto hoc Iure Gentium voluntario periclitetur, quin potius dicendum eft eam robuftiore fuftineri fulcimine Naturalis Legis, praeter quam nulla alia Lex eft, quae obligationem imponat, nifi cum *Superior* adeft, qui auctoritate fibi conlata liberam hominis voluntatem coerceat.

F I N I S.